# VITA PROPERTII.

Ris quoq; blandi habetur Sex. Aurelius propertius patria huic Meuania fuit umbrię locus eſt: qui Spoletum peruſiamq; conterminat. patrem qui inter ſuos homines eſſet honoratus ac diues amiſit triumurali poteſtate. Illis enim ex dediticiis qui numero trecenti. L. Antonium ſecuti eſſent: atq; peruſia capta iuſſu octauii: ad aram diui Iulii ducti: ac miſere occiſi ſunt. & interfectorum corpora multis cum precibus poſtea impetrata. Fortunę autem bonis ſpoliatus ſimul ac patria pulſus Romam ſe ueluti commune ad domicilium: ac refugium contulit. Iam erat propertius q̄ntum per ętatem poterat litteris eruditus pronumq; ingenium ad metrum: & poetas habebat Romę igitur adhęſit. C. Męcenati: & Cornelio gallo. multum hi poterant apud principem. Callebāt q; litteris nec difficile quos ꝑitos uidebant pecuniis: & honoribus iuuabant. Propertii autem miſerti ſunt multum nec dolendum erat parum ꝙ indolis egregię iuuenis uno ictu ſęuientis fortunę patrem: opes: patriam amiſiſſet: Propertius uero: & ſi metri faciendi. ac poetandi quocunq; in genere multum & artis: & gratię aſſecutus eſſet elegiaca tamen canere ſtatuit. Sic enim iubebant tempora. Libros igit̄ ſcripſit quatuor de amore Cynthię que miſerum ipſum ocellis fecerat ſuis. Ficto tamē hoc nomine appellat Cynthiam quę uero nomine hoſtia uocabatur. Vale gratiſſime lector: & memor Hieronymi Alexandrini qui tibi tris uitas clariſſimorum poetarum in lucem dedit Catulli Tibulli: & Propertii.

Propertii Aurelii nautæ poetæ clariſſimi Elegia
rum liber primus. ad Tullum.

Ynthia prĩa ſuis miſerũ me cæpit ocellis
Contactum nullis ante cupidinibus:
Tum mihi cõſtãtis deiecit lumĩa faſtus
Et caput impoſitis preſſit amor pedibus:
Donec me docuit caſtas odiſſe puellas
Improbus: & nullo uiuere conſilio:
Et mihi iam toto furor hic non deficit anno:
Quom tamen aduerſos cogor habere deos:
Minalion nullos fugiendo tulle labores
Sæuitiam duræ contudit hyaſidos:
Nam modo aprtheniis amens errabat in antris:
Ibat & hirſutas ille uidere feras.
Ille etiam pſili percuſſus uulnere rami
Sautius arcadiis rupibus ingemuit:
Ergo uelocem potuit domuiſſe puellam
Tantum in amore preces: & benefacta ualẽt:
In me tardus amor non ullas cogitat artes
Nec meminit notas ut prius ire uias:
At uos deductæ quibus eſt fallacia lunæ:
Et labor in magicis ſacra piare focis:
En agedum dominæ mẽtem cõuertite noſtræ
Et facite illa modo palleat ore magis:
Tum ego crediderim uobis: & ſydera: & amnes
Poſſe citeinis ducere carminibus:
Et uos qui ſeros lapſum reuocatis amici
Quærite non ſani pectoris auxilia:
Fortiter: & ferrum: ſæuos patiemur & ignes:
Sit modo libertas quæ uelit illa loqui.
Ferte per extremas gentes: & ferte per undas
Qua non ulla meum femina norit iter.
Vos remanete quibus facili deus annuet aure:
Sitis & in tuto ſemper amore pares.
In me noſtra uenus noctes exercet amaras
Et nullo uacuus tempore deſit amor:
Hoc moneo uitate malum: ſua quemq; moretur
Cura neq; aſſueto mutet amore locum:
Quod ſi quis monitis tardas aduerterit aures:
Heu referet quanto uerba dolore mea.
Ad cynthiã nõ eſſe elaborãdũ ad culturã formæ.

Domitii elucubratio ĩ quędam pro
pertii loca. quę difficiliora uidebant᷑
Ad Fran. Arago. Fer. R. ne. F.

Vritur & nulla fias quum miti/
or arte
Vt ſe diſſoluat cynthia quęrit opẽ.

Minalion. Atalantę duę fuerunt.
altera filia Promethei & Celenuſę: cu
ius fuerũt filii lycus & chimerius. alte/
ra filia ſchinei amor meleagri: de qua
extat fabula apud Ouidiũ. In hac mul
tos hũit riuales minaliõ: ut Xenophõ
ſcribit ĩ prĩcipio libri de uenatiõe. ab
ileo uno ex iis uulneratus ſagitta dũ p̱
ſaltus uenãtẽ puellã ſequit᷑ ut cõciliet.
Ouidius de minaliõe. Sẽſit & ilei cõtẽ
tũ ſaucius arcũ. Sed tñ hoc arcu noti/
or alter erat. Eundẽ appellat pſileum
Proptius. Nã gręci promiſcue & pſi/
leũ & ileũ dixerũt. Quod de patre a/
pollonii ſcribit᷑: quẽ pſileũ alii: alii ile
um dixerũt. Expoſtulatio igit᷑ ẽ Prop̱
tii Minalionẽ amaſſe atalãtã immitẽ:
ſed tñ ea potitũ eẽ ſua ĩduſtria & labõ
re: propoſita uia & arte a cupidine. Si
bi itẽ durã puellã amãti nullũ iter mõ
ſtrari. ĩterpres apollõii ubi ille ſcribit
δέξι τέρη δελενέγχοσ ὄρρα ἀτα/
λάντε ϖρό φρόν ἀντωμένη & c. ita
ait. ἀταλάντη ἰάσιοσ ὑγατήρ ηνε/
γημε μιμανιόνε τέραγ ἀρέωσιν ἡαρ
γεῖα ἡσχίνεωσ ἡνεχῆ με ἵπι τομέν
των. Iſiados igit᷑: uel argiuę. nã ut ſtra
bo refert argiui iaſii appellati ſũt: uel
iaſi filię: rami. i. arcus pſili. Sinęreſis ẽ
pro pſilei qd ſępe ĩuẽies apd hũc poe
tã & hoc ipo pede & Vir. & furias aia
cis oili. Carmibus Citalinis. Vbi apol
lõius ĩ q̃rto argonauticoꝝ ita ſcribit
ξάνλαι αἴη σ λίμενα κᾶυτον. i. uẽ/
nerũt ad ęęae circes portũ ĩterp̃s ſcri
bit eãdẽ Citalẽ tenuiſſe inſulã oceani
ubi cũ ĩuenerit carmĩa ad deducendã
lunã. citalis appellata ſit affertq; uer/
ſũ ex menãdro Circes Citalidis ĩuẽtũ
ẽ citalidi opor Quẽ uerſu ſuſpicor eẽ
ex ea fabula q̃ menãder cõplexus eſt
ãbages mulieꝝ theſſalaꝝ deducẽtiũ
lunã de cęlo: ut refert Plinius: atq; ita
expõẽs. Citalinis. i. ĩuẽtis a circe citali/
de: potes legere: & citeinis. nam Citea
urbs ẽ cholcoꝝ ut ſcribit apollõius &
eiuſdẽ meminit flaccus: ĩterp̃s ſcribit
alterã Giteã eẽ ĩ ĩ Europa. apollonius
medeã citeidẽ appellat. Vnde carmĩa
citeina dicũt᷑ ꝙ medea iis uſa ſit. ci/
teinis. i. magicis q̱bus uſa ẽ medea ci/

teis alibi nõ hęc nocturna citeis Et ca
limachus de ęeta patre medeę ita ſcri
bit: ab ęeta citeo rurſus ad antiquã ſẽ
midei hermionẽ nauigauit ex quo uer
ſu accipit teſtimoniũ ſtrabo i prio.

Parce peregrino faciem com/
ponere luxu.
Namq; ẽ natiuo grata decore magis.
Vita. ex callimacho quẽ pręcipue
imitat᷑ uerbũ deductũ ẽ. Nã & ille blã
diẽs gręca uoce amicã ξωην appellat.
Nõ ſic leucippis ſuccẽdit caſtora phe
be. perieres & gorgõis filii fuerunt ut
ſcribit Steſichorus tyndarus: aphare
us Icarius Leucippis apharrei & arne/
ne filii lynceus & idas: Leucippi & phi
lodoces phoebe & ilaria filię. hęc a/
pud lycophronẽ legimus: has duas ra
puerũt caſtor & pollux. lynceo & ida
aduerſãtibus ut ſcribit Ouidius i faſtis
hyginus hãc pugnã cõmiſſã dicit iter
caſtorẽ & pollucẽ. lynceũ & idam ad
moenia ſpartana quę oppugnabãt᷑:
& tũc caſtorẽ fuiſſe iterfectũ Phoebo
igit᷑ amata ẽ a caſtore ilaria a polluce
Telaria deprauatũ ẽ: Phoebe leucip
pis filia leucippi. mõ ſic ornamẽtis ex
ternis: ñ ida & cupido. Euenus rex ęto
loꝝ cũ filiã Marpeſſã haberet quã ho
merus i nono iliados eueniã quoq; ap
pellat ab eueno patre eaq; a multis ap
peteret᷑ i uxorẽ legem propoſuit ut is
hẽret ꝗ ſe curruli certamine ſuparet.
Erat. n. ut ait γαμβρόκτονοσ quẽ/
admodũ oenomaus: capita eoꝝ ꝗ ſu/
perabãt᷑ ualuis affigebat: ut reliquos
deterreret: idas ꝗ apherei filius dice
bat᷑: ſed erat neptunni: ex certamie ui
ctor euenũ i deſperationẽ ęgit: ut ſe i
lycormã fluuiũ ꝑcipitauerit cui dedit
nomẽ. nã poſtea dictus ẽ euenus: qđ
ẽt Strabo tradit Marpeſſãq; puellam
ex phoebi tẽplo rapuit quã apollo dũ
eripere conat᷑ idicit certamẽ: iuppiter
mercuriũ miſit ut cõtẽtione depoſita
marpeſſa utrũ uellet uiꝝ ſeq̃ret᷑. idã
elegit uerita ne poſt florem iuuentę a
phoebo deſereret᷑ hęc Porphyrius.
Euſtathius uero nõ nihil diſſẽtit. Nõ
ſic ideſt nõ ornamẽtis externis traxit
ad cõtẽtionẽ de ſe phoebũ & idã: ſed
naturali pulchritudine. Patriis littori
bus i ripa eueni fluuii ꝗ nomẽ ſũpſit a
patre eueno. Hippodamia: de ea dixi
mus i prima ſyluaꝝ: i tabulis Apelleis
& apellis inqt pictura laudat᷑ nõ q; ar
tificitũ i eius figuris appareat: ſed q̃dã

q Vid iuuat ornato procedere uitta capillo:
Et tenues cœa ueſte mouere ſinus?
Aut quid oronthea crines perfundere myrrha:
Teq; peregrinis uendere muneribus?
Naturæq; decus mercato perdere cultu:
Nec ſinere in propriis membra nitere bonis?
Crede mihi: non ulla tuæ eſt medicina figuræ:
Nudus amor formæ non amat artificem.
Aſpice quod ſũmittit humus formoſa colore:
Et ueniant hederæ ſponte ſua melius.
Surgat & in ſolis formoſius arbutus antris:
Et ſciat in dociles currere lympha uias.
Littora natiuis collucent picta lapillis:
Et uolucres nulla dulcius arte canunt:
Non ſic leucippis ſuccendit caſtora phœbe
Pollucem cultu non thelayra ſoror:
Non ida: & cupido quondam diſcordia phœbo
Eueni patriis filia littoribus:
Nec phrygium falſo traxit candore maritum
Auecta externis hippodamia rotis:
Sed facies aderat nullis obnoxia gemmis
Qualis apelleis eſt color in tabulis:
Non illis ſtudium uulgo cõquirere amantes:
Illis ampla ſatis forma pudicitia:
Non ego nunc uereor: ne ſim tibi uilior iſtis
Vni ſi qua placet culta puella: ſat eſt.
Quom tibi præſertim phœbus ſua carmina dõet
Aoniamq; libens calliopea lyram:
Vnica nec deſit iucundis gratia uerbis
Omnia quæq; uenus: quæq; minerua probat:
His tu ſemper eris noſtra gratiſſima uitæ:
Tedia dum miſere ſint tibi luxuriæ.

Ad Cynthiam.

q Valis theſæa iacuit cedente carina.
Languida deſertis gnoſia littoribus:
Qualis & accubuit primo cepheia ſomno
Libera iam duris cotibus andromede:
Nec minus aſſiduis ædonis feſſa choreis
Qualis i herboſo concidit appidano:
Talis uiſa mihi mollem ſpirare quietem:
Cynthia non certis nixa caput manibus:
Ebria cum multo traherem ueſtigia baccho

Et quaterent ſera nocte facem pueri:
Hāc ego nōdum etiā ſenſus deperditus omnes
Molliter impreſſo conor adire toro:
Et q̄uis duplici correptum ardore iuberent
Hac amor: hac liber: duruſ uterq; deus:
Subiecto leuiter poſitam tentare lacerto
Oſculaq; admota ſumere: & arma manu:
Non tamen auſus eram dominæ turbare quietē
Ex parte metuens iurgia ſæuitiæ:
Sed ſic intentis hærebam fixus ocellis
Argus ut ignotis cornibus inachidos:
Et modo ſoluebam noſtra de fronte corallas
Ponebamq; tuis cynthia temporibus:
Et modo gaudebam lapſos formare capillos
Nunc furtiua cauis poma dabam manibus:
Omniaq; ingrato largibar munera ſomno
Munera de prono ſæpe uoluta ſinu:
Et quotiens raro duxti ſuſpiria motu
Obſtupui uano credulus auſpicio:
Ne qua tibi in ſolitos portarent uiſa timores
Ne ue quis inuentam cogeret eſſe ſuam:
Donec diuerſas percurrens luna feneſtras
Luna moraturis ſedula luminibus:
Compoſitos leuibus radiis patefecit ocellos
Sic ait in molli fixa toro cubitum:
Tandem te noſtro referens iniuria lecto:
Alterius clauſis expulit e foribus:
Nāq; ubi longa meæ conſumpſi tempora noctis
Languidus exactis hei mihi ſyderibus:
O utinam tales perducas improbe noctes:
Me miſeram quales ſemper habere iubes:
Nam modo purpureo fallebam ſtamine ſomnū
Rurſus & orpheæ carmine feſſa lyræ:
Interdum leuiter mecum deſerta querebar
Externo longas ſæpe in amore moras:
Dum me iocundis lapſam ſopor impulit alis:
Illa fuit lachrymis ultima cura meis.

Ad Baſſum.

q Vid mihi tā multas laudādo baſſe puellas
Mutatum domina cogis abire mea?
Quid me non pateris uitæ quodcunq; ſequetur
Hoc magis aſſueto uiuere ſeruitio;

ſimplicitas & natiua forma. & plinius de eo ita ſcribit: non magis arte ꝙ ſimplicitate commendatur.

Cynthia dormitat tarde ueniente poeta
Tū querit̄ lōgas p̄teriiſſe moras.

Edonis feſſa choreis. i edono mōte Cocys dea colebat̄ ritu prope bacchico ea ſacra cocytia dicta ſūt quę Aeſchilus ita deſcribit: hic māibus bōbycā tornatā tenēs digytis tactilē modulus cōplet ſonū allectorē furoris ille ęneis urceolis Tinnit paulo poſt. Modulus edit̄ mugiūt ex occulto Taurisoni: mimmi. grauis timpani ſonitus quaſi tonitrū ſubterraneū fert̄. Vt inquit menas cocytia poſt laſſationē illā bachicā quieſcit leniter accūbēs ad apidanū fluuium ita dormitabat cynthia. ꝙ cū uellet mollite r ꝗeuiſſe oſtēdere his exēplis uſus ē. nimirꝫ hęc ē illa cocys quā iuuenalis cocytō appellauit ceres eo nomie culta. nā & ceres cōiūcta habuit ſacra cū baccho ut in cōmētariis iuuenalis docuimus Syllabā uariauit quam aliter pronunciant Lucanus & Sylius.

Intentare nouos iam deſine baſſe furores.
Nā uati e cūctis Cynthia ſola placet.

Tu licet Antiopę formā. Antiopa ut in. iiii. argonauticoꝝ ſcribit apollonius & eius interpres Nyctei filia fuit: quę cū a Ioue cōpreſſa ē mutato ī ſatyri formā fugiēs irā paternā Ad epopeū regem Sycioniū ſe cōtulit ubi amphionē & Zethum peperit: expoſuitque ī mōte citherone: bubulcus repperit & educauit: nycteus prę dolore moriēs amiſſa filia lycū fratrē rogauit ut antiopē recuperaret. ille ducto exercitu epopeū interfecit uictū. Captiuāque duxit ātiopen: quā Dircę uxori cuſtodiēdā cōmiſit: ea aufugit: & cū in Citherone adultos filios reperiſſet utrūq; ad iniuriā Dirces apud quā in uinculis fuerat ulciſcēdā ipulit. āphiō igit̄ & Zethus accerſito lyco pollicebāt̄ ſe antiopē fugitiuā reddituros ut ea ſpe deceptum ſupplicio afficerēt. Mercurius a Ioue miſſus monuit ut lyci poena abſtinerēt: iuſſitque lycū depoſitū regnū eis tradere Dirce cauda tauri ſylueſtris diſcerpta eſt fōtiq; nomē dedit. Ouidius. ut tracta ē cōiunx imperioſa lyci. homerus i euocatione

maniũ ſcribit antiopẽ fuiſſe aſopi filiam. ouidius alterã aſopi filiã putat: cũ qua iuppiter habuerit rẽ ſub ignis ſpecie. Fuit itẽ antiope ut ſcribit Cicero. ex qua & Ioue natę ſunt Pierides: Hermione. Menelai & helenę filia formoſiſſima. Helena apud homerum hermionemq; meam. Duris ſamius in interpretatione lycophronis ſcribit hermionem Theſei & helenę filiam fuiſſe: helenam autem quod unus pauſanias ſcribit profugam poſt bellũ troianum ex lacedęmone ubi erat inuiſa & ſuſceptã hoſpitio a polyxo Rhodia uxore olim Tlepolemi ſuſpenderunt Ancille ex arbore in ultionẽ Tlepolemi qui in bello troiano perierat erecto tẽplo quod ἑλενησ δενδριτίδοσ dicebatur. Qualis ubique lapis. Tibullus. nam ueneror ſeu ſtipes habet deſertus in agro: ſeu uetus i triuio florida ſerta lapis.

Tu licet antiopæ formam: nicteidos & tu
Spartanæ referas laudibus hermionæ:
Et quaſcũq; tulit formoſi temporis ætas:
Cynthia non illas nomen habere ſinit.
Me dum ſi leuibus fuerit collata figuris
Inferior duro iudice turpis eat:
Hæc ſed forma mei pars eſt extrema furoris
Sunt maiora quibus baſſe perire iuuat:
Ingenuus color: & multis decus artibus: & quæ
Gaudia ſub tacita dicere ueſte libet:
Quo magis: & noſtros contẽdis ſoluere amores
Hoc magis accepta fallit uterq; fide:
Non impune feres ſciet hæc inſana puella
Et tibi non tacitis uocibus hoſtis erit:
Nec tibi me poſt hæc comittet Cynthia: nec te
Quæret: erit tanti criminis illa memor:
Et te circum omnis alias illata puellas
Deferet heu nullo limine carus eris:
Nullas illa ſuis contemnet fletibus aras:
Et quicunq; ſacer: qualis ubiq; lapis:
Non ullo grauius tentatur Cynthia damno
Quam ſibi cum rapto ceſſat amore deus:
Præcipue noſtri maneat ſic ſemper adoro
Nec quicq̃ ex illa quod querar: inueniam:

Ad æmulum ſuum gallum.

Oſtendit quantos patieris galle labores
Si pgis dominę ſubdere colla ſuę
Non impune illa rogata uenit: quaſi dicat amantem mox torquet a quo conciliata fuerit.

i Nuide tu tandem uoces cõpeſce moleſtas
Et ſine nos curſu quo ſumus ire pares.
Quid tibi uis inſane meos ſentire furores:
Infelix properas ultima noſce mala:
Et miſer ignotos ueſtigia ferre per ignes
Et bibere e tota toxica theſſalia:
Non eſt illa uagis ſimilis collata puellis
Molliter iraſci non ſolet illa tibi:
Quod ſi forte tuis non eſt contraria uotis
At tibi curarum milia quanta dabit:
Non tibi iam ſomnos: non illa relinquet ocellos
Illa feros animis alligat una uiros.
Ah mea contemptus quotiens ad limina curres
Quom tibi ſingultu fortia uerba cadent:
Et tremulis mœſtus orietur fletibus horror
Et timor informem ducet in ore notam:
Et quæcũq; uoles fugient tibi uerba querenti

Nec poteris qui ſis: aut ubi noſſe miſer:
Tum graue ſeruitium noſtræ cogere puellæ
Diſcere & excluſum quid ſit abire domum:
Nec iam pallorem totiens mirabere noſtrum
Aut cur ſim toto corpore nullus ego:
Nec tibi nobilitas poterit ſuccurere amanti
Neſcit amor priſcis cedere imaginibus:
Quod ſi parua tuæ dederis ueſtigia culpæ
Quam cito de tanto nomine rumor eris
Non ego tum potero ſolatia ferre roganti
Quum mihi nulla mei ſit medicina mali.
Sed pariter miſeri ſocio cogemur amore
Alter in alterius mutua flere ſinu:
Quare quid poſſit mea Cynthia deſine galle
Quærere non impune illa rogata uenit:

Ad Tullum.

n On ego nūc hadriæ uereor mare noſcere tecū
Tulle neq; ægeo ducere uela ſalo:
Cum quo ripheos poſſim conſcendere montes
Vlteriuſq; domos uadere in æmonias:
Sed me complexæ remorantur uerba puellæ
Mutatoq; graues ſæpe colore preces:
Illa mihi totis argutat noctibus ignes
Et queritur nullos eſſe relicta deos:
Illa meam mihi iam ſe denegat: illa minatur:
Quæ ſolet irato triſtis amica uiro:
His ego non horam poſſum durare querelis:
Ah pereat: ſi quis lentus amare poteſt:
An mihi ſit tanti doctas cognoſcere athenas
Atq; aſiæ ueteres cernere diuitias:
Vt mihi deducta faciat conuitia puppi
Cynthia & inſanis ora notet manibus:
Oſculaq; oppoſito dicat ſibi dedita uento
Et nihil infido durius eſſe uiro:
Tu patrui meritas conare ante ire ſecures
Et uetera oblitis iura refert ſotiis:
Nam tua non ætas nunquam ceſſauit amori
Semperiad armatæ cura fuit patriæ:
Et tibi non unquā noſtros puer iſte labores
Afferat & lachrymis omnia nota meis
Me ſine quem ſemper uoluit fortuna iacere:
Hanc animam extremæ reddere nequitiæ:

Audeat Aegeas Tullo comes ire per undas.
Sed dominę retinet iperioſus amor.
Domos memnonias. Memnon tithoni filius in ęthiopibus qui i ęgypto ſūt ad abidon regiam habuit alii contendūt in ſuſis fuiſſe. annales regii tradūt auctore diodoro Memnonis oſſa cremata fuiſſe & relata in ęthiopes ut alii ſcribunt ad tithonum in perſas.

Multi longinquo periere in amore libenter
In quorum numero me quoq; terra tegat:
Non ego ſum laudi: non natus idoneus armis
Hanc me militiam fata ſubire uolunt.
At tu ſeu mollis qua tendit ionia: ſeu qua
Lydia pactoli cingit aratra liquor:
Seu pedibus terra: ſeu pontum carpere remis
Ibis & accepti pars eris imperii:
Tum tibi ſi qua mei ueniet: non immemor hora:
Viuere me duro ſydere certus eris.

Ad ponticum.

Pontice depones grandi cum carmine thebas.
Et flebis tenui captus amore lyra.
Magno foenere. nam quo ſerius uenit eo magis cruciat.

c Vm tibi cadmeæ dicuntur pontice thebæ
Armaque fraternæ triſtia militiæ.
Atq; ita ſim felix primo contendis homero
Sint modo fata tuis mollia carminibus:
Nos ut conſuemus: noſtros agitamus amores:
Atq; aliquid diuam quærimus i dominam:
Nec tantum ingenio quantum ſæuire dolori
Cogor & ætatis tempora dura queri.
Hic mihi cõteritur uitæ modus: hæc mea fama ẽ
Hinc cupio nomen carminis ire mei:
Me laudant doctæ ſolum placuiſſe puellæ
Pontice & iniuſtas ſæpe tuliſſe minas:
Me legat aſſidue: poſt hæc neglectus amator
Et proſint illi cognita noſtra mala:
Te quoq; ſi certo puer hic concuſſerit arcu
Quod nolim noſtros euiolaſſe deos
Longe caſtra tibi: longe miſer agmina ſeptem
Flebis in æterno ſurda iacere ſitu:
Et fruſtra cupiens mollem componere uerſum
Nec tibi ſubiciet carmina ſæuus amor:
Tunc me non humilem mirabere ſæpe poetam
Tunc ego romanis præferar ingeniis.
Nec poterunt iuuenes noſtro reticere ſepulchro:
Ardoris noſtri magne poeta iaces:
Tu caue noſtra tuo contemnas carmine faſtu
Sæpe uenit magno fœnore tardus amor.

Ad Cynthiam.

t Vne igitur demẽs: nec te mea cura moratur
An tibi ſum gelida uilior illiria:
Et tibi iam tanti quicunque eſt iſte uidetur
Vt ſine me uento quolibet ire uelis:

Tu ne audire potes uæſani murmura ponti:
Fortis & in dura naue iacere potes:
Tu pedibus teneris poſitas fulcire ruinas:
Tu potes in ſolitas Cynthia ferre niues.
O utinam hybernæ duplicentur tempora brumæ
Et ſit iners tardis nauita uergiliis:
Nec tibi tyrrhena ſoluatur funis harena:
Ne ue inimica meas eleuet aura preces.
Atq; ego non uideam tales ſubſidere uentos
Cum tibi proiectas auferet unda rates:
Et me defixum uacua patiatur in ora
Crudelem infeſta ſæpe uocare manu:
Sed quodcunq; modo de me periura mereris
Sit galathea tuæ non aliena uiæ:
Vt te felici præuecta ceraunia remo
Accipiat placidis horythos æquoribus:
Nam me non ullæ poterunt corrumpere de te
Quin ego uita tuo lumine uerba querar:
Nec me deficiet notas rogitare citatos
Dicite quo portu clauſa puella mea eſt:
Et dicam a tratiis licet hec conſidat in oris
Et licet heleis illa futura mea eſt:
Hic erit: hic iurata manet: rumpantur iniqui
Vincimus aſſiduas non tullit illa preces:
Falſa licet cupidus deponat gaudia liuor
Deſtitit ire nouas Cynthia noſtra uias.
Illi carus ego: & per me cariſſima Roma
Dicitur & ſine me dulcia regna negat:
Illa uel anguſto mecum requieſcere lecto
Et quocunque modo maluit eſſe mea
Quam ſibi dotatæ regnum uetus hippodamiæ
Et quas helis opes ante pararat equis:
Quamuis magna daret: quãuis maiora daturus
Non tamen illa meos fugit auara ſinus:
Hanc ego non auro: non indis flectere conchis:
Sed potui blandi carminis obſequio:
Suunt igitur muſæ: neq; amanti tardus apollo:
Quis ego fretus amo: cynthia rara mea eſt:
Hunc mihi ſumma licet contingere ſydera plãtis
Siue dies ſeu nox uenerit illa mea eſt:
Nec mihi riualis certos ſubducet amores
Iſta meam norit gloria canitiem.

Qui modo ſuccenſos ridebat ua/
tis amores.
Pōticus ī flāma eſt:& calet igne nouo.
Plus in amore ualet mimnermi uer/
ſus Homero. Mimnermus lygiſtades
dictus a ſuauitate carminis: nam λιγ
ſignificat dulce. ἄδω cano. Colopho
nius fuit tibiarū peritus. ut ſcribit Stra
bo & elegi carminis poeta opus com/
poſuit iſcriptum nanum: in quo ādre/
monem pilium colophonis patrię cō/
ditorem profitetur. Cecinit amores
medeę & iaſonis. De hoc horatius. Si
mimnermus uti cēſet ſine amore iociſ
que. Ait igitur Propertius dulce & mol/
le carmen: quale ſcripſit mimnermus
plus prodeſſe amanti quam ſublime:
quale homerus: ut oſtendat ponticum
oportere omittere carmē thebanum
& canere elegum cum amet.

Ad ſuum æmulum ponticum.

d Icebam tibi uenturos irriſor amores
Nec tibi perpetuo libera uerba fore:
Ecce iaces ſupplexque uenis ad iura puellæ:
Et tibi nunc quæuis imperat empta modo:
Non me chaoniæ uincant in amore columbæ
Dicere quos iuuenes quæque puella domet:
Me dolor & lachrymæ merito fecere peritum
Atq; utinam poſito dicar amore rudis.
Quid tibi nūc miſero prodē graue dicere carmē?
Aut amphioniæ mœnia flere lyræ?
Plus in amore ualet mimnermi uerſus homero:
Carmina manſuetus lenia quærit amor.
I quæſo & triſtis iſtos cōpone libellos:
Et cane quod quæuis noſſe puella uelit.
Quid ſi nō eſſet facilis tibi copia? nunc tu
Inſanus medio flumine quæris aquam.
Necdum etiam palles: uero nec tangeris igni:
Hæc eſt uenturi prima fauilla mali:
Tum magis armenias cupies accedere tygres:
Et magis infernæ uinclua noſſe rotæ:
Quam pueri totiens arcum ſentire medullis
Et nihil iratæ poſſe negare tuæ:
Nullus amor quoiq̄ facilis ita præbuit alas;
Vt non alterna preſſerit ille manū:
Nec te decipiat quod ſit ſatis illa parata:
Acrius illa ſubit pontice ſi qua tua eſt.
Quippe ubi non liceat uacuos deducere ocellos.
Nec uigilare alio nomine cedat amor:
Qui non ante patet donec manus attigit oſſa
Quiſquis es aſſiduas aufuge blanditias:
Illis & ſilices: & poſſunt cedere quercus
Nec dum tu poſſis ſpiritus iſte leuis:
Quare ſi pudor ē quā primū errata fateri
Dicere quo pereas ſæpe in amore leuat.

Ad Gallum.

o Iocunda quies primo cum teſtis amori
Affueram ueſtris conſcius in lachrymis:
O noctem meminiſſe mihi iocunda uoluptas:
O quotiens uotis illa uocanda meis:
Cum te complexa morientem galle puella:
Vidimus & longam ducere uerba moram:

Quāuis labentis premeret mihi ſomnus ocellos
  Et mediis cœlo luna ruberet equis:
Non tamẽ a ueſtro potui ſecedere luſu:
  Tantus in alterius uocibus ardor erat.
Sed quoniam nõ es ueritus concedere nobis:
  Accipe cõmiſſæ munera lætitiæ.
Non ſolum ueſtros didici reticere dolores:
  Eſt quiddam in nobis maius amice fide.
Poſſum ego diuerſos iterũ coniungere amantes:
  Et dominæ tardas poſſũ aperire fores:
Et poſſũ alterius curas ſanare recentis:
  Nec leuis in uerbis eſt medicina meis:
Cynthia me docuit ſemper quæcũq; petenda
  Quæq; cauenda forent non nihil ægit amor:
Tu caue ne triſti cupias pugnare puellæ
  Ne ue ſuperba loqui: ne ue tacere diu:
Neu ſi quid petiit: ingrata fronte negaris
  Neu tibi pro uano uerba benigna cadant.
Irritata uenit: quando contemnitur illa:
  Nec meminit iuſtas ponere læſa minas:
At quo ſis humilis magis & ſubiectus amori
  Hoc magis effecto ſæpe fruare bono:
Is poterat felix una remanere puella
  Qui nunquam uacuo pectore liber erit.

Ad Cynthiam.

C quid te mediis ceſſantem cynthia baiis
  Qua iacet herculeis ſemita littoribus:
Et modo te ſpreti mirantem ſubita regno
  Proxima miſſenis æquora nobilibus:
Noſtri cura ſubit: memores adducere noctes
  Et quis in extremo reſtat amore locus:
Antea neſcio quis ſimulatis ignibus hoſtis
  Suſtulit e noſtris Cynthia carminibus:
Atq; utinam mage te remis confiſa minutis
  Paruula lucrina cymba moretur aqua.
Aut teneat clauſam tenui tentantis in unda
  Alternæ facilis credere lympha manu:
Quam uacet alterius blandos audire ſuſurros:
  Molliter in tacito littore compoſitam:
Vt ſolet amota labi cuſtode puella
  Perfida communes nec meminiſſe deos:
Non quia perfecta non eſt mihi cognita fama

Cynthia nunc ceſſat baiani ad littoris undas.
Hanc rogat ęterno ſeruet amore fidẽ
Et modo theſproti. in epiro achreon fluuius eſt ubi & theſproti ſunt acheruſia palus: ut plinius ſcribit. ĩ baiano itẽ littore ad miſenum ſtagnum acheruſia cum cynthia aliquando cogitauerit in illiriam & epirum poeta ex hiſtoria locorum mouet cynthiam ad cheruſiam quam cernit ad miſenum eſſe per ſimilem & eiuſdem nominis acheruſię theſprotorum & epiri.

Sed quod in hac omnis per te timetur amor.
Ignoſces igitur ſi quid tibi triſte libelli
Attulerint noſtri culpa timoris erit:
An mihi non maior caræ cuſtodia matris
Aut ſine te uitæ cura ſit ulla meæ:
Tu mihi ſola domus: tu Cynthia ſola parentes:
Omnia tu noſtræ tempora lætitiæ:
Seu triſtis ueniam: ſeu contra lætus amicis
Quicquid ero dicam Cynthia cauſa fuit:
Tu modo quamprimum corruptas deſere baias
Multis iſta dabunt littora diſſidium:
Littora quæ fuerant caſtis inimica puellis
Ah pereant baiæ crimen amoris aquæ:
Quid mihi deſidiæ non ceſſas fingere crimen?
Quod faciat nobis cōſcia roma moram:
Tam multa illa meo diuiſa eſt milia lecto
Quantum hypanis ueneto diſſidet eridano:
Nec mihi conſuetos amplexu nutrit amores
Cynthia nec noſtra dulcis in aure ſonat:
Olim gratus eram non illo tempore quoiquam:
Contigit: ut ſimili poſſet amare fide:
Inuidiæ fuimus non me deus obruit atq;
Lecta prometheis diuidit herba iugis:
Nū ſum ego quæ fueram mutat uia lōga puellas
Quantus in exiguo tempore fugit amor:
Nunc primum longas ſolus cognoſcere noctes
Cogor & ipſe meis auribus eſſe grauis:
Felix qui potuit præſenti flere puellæ
Non nihil aſperſis gaudet amor lachrymis:
Aut ſi deſpectus potuit mutare calores
Sunt quoq; tranſlato gaudia ſeruitio
Mi neq; amare aliā neq; ab hac diſcedere fas eſt
Cynthia prīa fuit: cynthia finis erit.

Ad gallum.

t V quod ſæpe ſoles: noſtro lætabere caſu
Galle: quod abrepto ſolus amore uacem:
At non ipſe tuas imitabor perfide uoces
Fallere te nunquā galle puella uelit:
Dum tibi deceptis augetur fama puellis
Certus & in nullo quæris amore moram:
Perditus in quadam tardis palleſcere curis
Incipis & primo lapſus amore gradu:

Tu quod ſæpe ſoles.

Cui modo fluxa fides & fraus in nexa puellis
Nunc tādē īſano Gallus amore perit
Non ſic Aemonio ſalmonida: ait nec neptunnum cum Tiro filia ſalmonei: nec herculem cum hebe cōcubuiſſe tanto amore. At elidem in regione piſana ut ſcribit Euripides regnauit Salmoneus ex quo & alcidice nata ē Tiro formoſiſſima quę capta ē amore Enipei fluuii labētis ex ſalmone fōte: in alpheum pulcherrimis uorticibus. ut ſcribit. Homerus. Neptunnus ſumpta forma enipei ad oſtium opertus ingenti unda puellam compreſſit: faſſus poſtea ſe deum: nati ide ſunt pelias & neleus: eadem nupſit creteo ut homerus & Diodorus ſcribunt: peperitque Amithaonē Aeſonem & pheretem. Deus tenarius: ideſt neptunnus nam ad tenaron laconicę in littoris flexu ripa erecta eſt ut ſcribit Strabo cum ęde neptunni & luco iuxta ſpelūcam qua cerberus ad ſuperos tractus dicit' ab hercule: hęmonio: ideſt theſſalo. Sed diſſētit a Strabone propertius: nam enipeum amatum a puella ſcribit Strabo eſſe in piſana regione cum tamen alter ſit in theſſalia.

Hæc erit illarum contẽpti pœna doloris
  Multarum miſeras exigit una uices:
Nec tibi uulgares iſtos compeſcet amores
  Nec noua quærẽdo ſemper amicus eris:
Hæc ego non rumore malo: non augure doctus
  Vidi ego me quæſo teſte negare potes?
Vidi ego te toto uictum langueſcere collo
  Et flere iniectis galle diu manibus:
Et cupere optatis animam deponere uerbis
  Et quæ deinde meus celat amice pudor:
Non ego complexus potui diducere ueſtros
  Tantus erat demens inter utroſq; furor:
Non ſic æmonio ſalamonide mixtus enipeo
  Tremarius facili præſſit amore deus:
Nec ſic cæleſtem flagrans amor herculis heben
  Senſit in œtheis gaudia prima iugis:
Vna dies omnis potuit præcurrere amantes
  Nam tibi non tepidas ſubdidit illa faces:
Nec tibi præteritos paſſa eſt ſuccedere faſtus
  Nec ſinet abduci: te tuus ardor aget:
Nec mirũ cum ſit ioue digna: & proxima ledæ
  Et ledæ partu gratior una tribus:
Illa ſit inachiis: & blandior heroinis
  Illa ſuis uerbis cogat amare iouem:
Tu uero quoniam ſemel es periturus amore
  Vtere non alio lumine dignus eras:
Quæ tibi ſit felix quoniam nouus incidit error
  Et quocunq; uoles una ſit iſta tibi:

Ad tullum.

t V licet abiectus tiberine molliter unda
  Leſbia mentoreo uina bibas opere
Et modo tam celeres mireris currere lyntres
  Et modo tam tardas funibus ire rates
Et nemus omne ſatas incendat uertice ſiluas
  Vrgetur quantis caucaſus arboribus.
Non tamẽ iſta meo ualeant contẽdere amore
  Neſcit amor magnis cedere diuitiis:
Nam ſiue optatam mecum trahit illa quietẽ
  Seu facili totum ducit amore diem:
Tunc mihi pactoli ueniunt ſub tecta liquores
  Et legitur rubris gẽma ſub æquoribus:
Tum mihi ceſſuros ſpondẽt mea gaudia reges

Spnĩt diuitias & regũ dõa beatus
Dũ placido ualeat ſemper amo/re frui.
Vina leſbia pro oĩbus externis accipit quę in maiorem luxum fuerunt q̃ȝ noſtra. leſbium uinum eraſiſtratus medicus poſt thaſium: & chium ut in urbẽ ueheretur auctor fuit. cum docuiſſet id quoque ualitudini eſſe accomino/datum. opere mentorio: auro & argẽto celando claruit mentor: unde po/cula mentoria dicta habita magno p̃cio. L. Craſſus duos ſcyphos habuit mentoris artificio ſculptos emptos cẽtum ſeſtertiis: quibus nũq̃ȝ uſus eſt: ne nimium luxuriari uideret. Limen arabium. ideſt marmore arabico orna/tas ędes. id erat onychites quem i mõtibus tantum arabię naſci credidit antiquitas: tanti luxus ut quattuor colũnę ex eo in theatro cornelii balbi pro miraculo fuerit.

Quæ maneant dum me fata perire uolent:
Nam quis diuitiis aduerſo gaudet amore?
Nulla mihi triſti præmia ſunt uenere:
Illa poteſt magnas heroum infringere uires
Illa etiam duris mentibus eſſe dolor:
Illa neq; arabium metuit tranſcendere limen
Nec timet oſtrino tulle ſubire toro:
Et miſerum toto iuuenem uerſare cubili
Quid releuant uariis ſerica textilibus:
Quæ mihi dum placata aderit non ulla uerebor
Regna: nec alcinoi munera deſpicere.

Lenta eſt accincto digreſſu Cynthia uatis
Hinc nullã querit eſſe ĩ amore fidẽ. Alpheſiboea ſuos. Duę alpheſiboeę fuerunt. Altera filia Binantis & perus filię nerei. perus meminit homerus in euocatione manium Alpheſiboeę filię theocritus in amaryllide. interpres lycophrõis alteram eſſe dixit Gunei uxorem: ſed hoc omiſſo ſequamur hiſtoriam grauiorem Pauſánię: qui in ſeptimo hiſtoriarum ſcribit Alcmęonem amphiarai filium quęrẽtem purgationem ob matrem interfectam ex Argo attuliſſe illius monile dediſſeq; id alpheſiboeę phegei filię eundẽ profectum ad Acheloũ amaſſe callithoẽ eius filiã & duxiſſe uxorem a qua miſſus eſt ad phegeũ alpheſiboeę patrẽ ad monile repetendum: ſed illic a themeno & axione alpheſiboeę fratribus interfectus eſt ſepultus in Acropoli Zacynthi. ubi cupreſſi fũt quas uirgineas appellat Alpheſiboea autẽ fratres in ultionẽ necati mariti: iterfecit.

## Ad Cynthiam.

Aepe ego multa tuæ leuitatis dura timebã
Hac tamen excepta Cynthia perfidia:
Aſpice me quanto rapiat fortuna periclo
Tu tamen in noſtro lenta timore uenis:
Et potes externos manibus componere crines
Et longa faciem quærere deſidia:
Nec minus æois pectus uariare lapillis.
Vt formoſa nouo quæ parat ire uiro:
At nunc ſic ithaci digreſſu mota calypſo
Deſertis olim fluerat æquoribus:
Multos illa dies incomptis mæſta capillis
Sed erat: iniuſto multa locuta ſalo:
Et q̃uis nunq̃ poſthac uiſura dolebat
Illa tamen longæ conſcia læticiæ:
Alphiſiboea ſuos ulta eſt pro coniuge fratres
Sanguinis: & cari uincula rupit amor:
Nec ſic æſonidem rapientibus anxia uentis
Hypſiphyle uacuo conſtitit in thalamo:
Hypſiphyle nullos poſt illos ſenſit amores
Vt ſemel æmonio tabuit hoſpitio:
Coniugis euadne miſeros elata per ignes
Occidit argiuæ fama pudicitiæ:
Quarum nulla tuos potuit conuertere mores
Tu quoq; uti fieres nobilis hiſtoria:
Deſine iam reuocare tuis periuria uerbis
Cynthia: & oblitos parce mouere deos:
Audax ah nimium noſtro dolitura periclo
Si quid forte tibi durius inciderit:
Multa prius uaſto labentur flumina ponto:
Annus & inuerſas duxerit ante uices.

Quam tua ſub noſtro mutetur pectore cura
Sis quodcunq; uoles: non aliena tamen:
Quam mihi ne uiles iſti uideantur ocelli
Per quos ſæpe tibi credita perfidia eſt
Hoſ tu iurabas: ſi quid mentita fuiſſes:
Vt tibi ſuppoſitis exciderent manibus:
Et contra magnum potes hos attolere, ſolem?
Nec tremis admiſſæ conſcia nequitiæ:
Quis te cogebat multos pallere colores:
Et fletum inuitis ducere luminibus?
Quis ego nunc pereo ſimiles moniturus amãtes
O nullis tutum credere blanditiis.

Verba ianuæ conquerentis.

Væ fuerã magnis olim patefacta triũphis
Ianua tarpeiæ nota pudicitiæ:
Cuius inaurati celebrarunt limina currus
Captorum lachrymis humida ſupplicibus:
Nunc ego nocturnis potorum ſaucia rixis
Pulſata indignis ſæpe queror manibus:
Et mihi non deſunt turpes pendere corollæ
Semper: & excluſis ſigna iacere faces:
Nec poſſum infamis dominæ defendere noctes
Nobilis obſcænis tradita carminibus:
Nec tamen illa ſuæ reuocatur parcere famæ
Turpior: & ſæcli uiuere luxuria
Has inter grauibus cogor deflere querelis
Supplicis a longis triſtior excubiis:
Ille meos nunq̃ patitur requieſcere poſtes
Arguta referens carmina blanditia:
Ianua uel domina penitus crudelior ipſa
Quid mihi tam duris clauſa taces foribus?
Cur nunq̃ reſerata meos admittis amores
Neſcia furtiuas reddere mota præces?
Nulla ne finis erit noſtro conceſſa dolori
Triſtis: & in tepido limine ſomnus erit:
Me mediæ noctes: me ſidera plena iacentem:
Frigidaq; æoo me dolet aura gelu:
Tu ſola humanos nunq̃ miſerata dolores:
Reſponde tacitis mutua cardinibus:
O utinam traiecta caua mea uocula rima:
Percuſſas dominæ uertat in auriculas.
Sit licet & ſaxo patientior illa ſicano

Ianua tarpeis quõdam celebrata triumphis
Nunc querit dominę facta pudenda ſuę.
Patientior ſaxo ſicano. Saxum ſiculũ in exemplum immobilis patientię adducitur ob Sirenas quę quamuis illic diu cecinerint non tamen mouerunt proxima ſaxa.

Sit licet: & ferro durior: & calybe:
Non tamen illa ſuos poterit compeſcere ocellos
Surget & inuitis ſpiritus in lachrymis:
Nunc iacet alterius felici nixa lacerto
At mea nocturno uerba cadunt zephyro:
Sed tu ſola mei tu maxima cauſa doloris
Victa meis nunq̃ ianua muneribus:
Te non ulla meæ læſit petulantia linguæ
Quæ ſolet irato dicere tota loco:
Vt me tam longa raucũ patiare querela:
Sollicitas triuio peruigilare moras:
At tibi ſæpe nouo deduxi carmina uerſu
Oſculaq; impreſſis nixa dedi gradibus:
Ante tuos quotiens uerti me perfida poſtes.
Debitaq; occultis uota tuli manibus.
Hæc ille: & ſi quæ miſeri nouiſtis amantes
Et matutinis obſttepit alitibus:
Sic ego nunc dominæ uitiis: & ſemper amantis
Fletibus: æterna differor inuidia.

## Ad Cynthiam de maris tempeſtate.

T merito quoniam potui fugiſſe puellam:
Nunc ego deſertas alloquor alcyonaſ:
Nec mihi caſſiope ſolito uiſura carinam
Omniaq; ingrato littore uota cadunt:
Quin etiam abſenti proſunt tibi Cynthia uenti
Aſpice q̃ ſæuas increpat aura minas:
Nulla ne placatæ ueniet fortuna procellæ:
Hæccine parua meum funus harena teget?
Tu tamen in melius ſæuas conuerte querelas
Sat tibi ſit poenæ nox: & iniqua uada:
An poteris ſiccis mea fata opponere ocellis?
Oſſaq; nulla tuo noſtra tenere ſinu.
Ah pereat quicũq; rates: & uela parauit
Primus: & inuito gurgite fecit iter:
Non ne fuit melius dominæ peruincere mores.
Quãuis dura: tamen rara puella fuit:
Quam ſic ignotis circundata littora ſiluiſ
Cernere: & optatos quærere tyndaridas.
Illic ſi qua meum ſepeliſſent fata dolorem:
Vltimus & poſito ſtaret amore lapis:
Illa meo caros donaſſet funere crines
Molliter: & tenera poneret oſſa roſa:

Mallet ſeruitium duræ toleraſſe puellæ.
Dũ timet æquoreas in ſua fata minas. Alcyonas deſertas. de his diximus i commẽtarus ſyluarum. Caſſiope hæc caſſiopa dicta mater. Andromedæ in cælum relata eſt: ut Hyginus ſcribit teſtimonio euripidis & ſophoclis figuratur: in ſolio cum ſtellis quatuordecim: ut arati interpres tradit apparetque tota ferme nocte cum oritur tranquillitatis prænũcia caſſiope prærerea oppidũ eſt corcirae.

Illa meum extremo clamaſſet puluere nomen
Vt mihi non ullo pondere terra foret:
At uos æquoreæ formoſa doride natæ
Candida felici ſoluite uela choro:
Si quando ueſtras labens amor attigit undas
Manſuetus ſocio parcite littoribus.

Ad Cynthiam.

Aec certe deſerta loca: & taciturna quereti
Et uacuum zephiri poſſidet aura nemus:
Hic licet occultos proferre impune dolores
Si modo ſola queant ſaxa tenere fidem:
Vnde tuos primum repetã mea Cynthia faſtus?
Quod mihi das flendi Cynthia principium?
Qui modo felices internumerabar amantes
Nunc in amore tuo cogor habere notam:
Quid tantũ merui? quæ te mihi carmina mutãt
An noua triſtitiæ cauſa puella tuæ?
Sic mihi te referas leuis: ut non altera noſtro
Limine formoſos intulit ulla pedes:
Quãuis multa tibi dolor hic meus aſpera debet
Non ita ſæua tamen uenerit ira mea:
Vt tibi ſim merito ſemper furor: & tua flendo
Lumina deiectis turpia ſint lachrymis:
An quia parua damus: mutato ſigna calore
Et non ulla meo clamat in ore fides:
Vos eritis teſtes: ſi quos habet ardor amore
Fagus & arcadio pinus amica deo:
Ah quotiẽs teneras reſonãt mea uerba ſub ũbras
Scribitur & ueſtris Cynthia corticibus:
An tua quod peperit nobis iniuria curas
Quæ ſolum tacitis cognita ſunt foribus:
Omnia conſueui timidus perferre ſuperbe:
Iuſſa neq; arguto facta dolore queri:
Pro quo diuini fontes: & frigida rupes:
Et datur inculto tramite dura quies:
Er quodcunq; meæ poſſunt narrare querelæ
Cogor: & argutas dicere ſolus aues:
Sed qualiſcunq; es reſonent tibi Cynthia ſiluæ
Nec deſerta tuo nomine ſaxa uacent:

Ad Cyuthiam.

On ego nũc triſtes uereor m̃a cynthia mães
Nec moror extremo debita fata rogo:

Spretus in umbroſis nnnc ſolus cynthia ſyluis
Voce tuã querit liberiore fidẽ.

Nil dolet ęternas mittant ſi fata ſub umbras
Sit mõ defũcti cynthia uiua memor.
Philacides. proteſilaus iphicli filius phylaci nepos a cuius nomine phyla/cia urbs erat in theſſalia ad ſuperos uxoris cauſa reuerſus eſt Require quę in ultimo ſyluarũ de hoc ſcripſimus.

Sed ne forte tuo careat mihi funus amore
Hic timor eſt ipſis durior exequiiſ:
Non adeo leuiter noſter puer hæſit ocelliſ:
Vt meus oblito puluis amore uacet:
Illic phylacides iucundæ coniugis heroſ
Non potuit cæcis immemor eſſe locis:
Sed cupidus falſis attingere gaudia palmis:
Teſſalus ãtiquam uenerat umbra domum:
Illic quicquid ero ſemper tua dicit imago
Traicit: & fati littora magnus amor:
Illic formoſæ ueniant corus heroine:
Quas dedit argiuis dardana præda uiris.
Quarum nulla tua fuerit mihi Cynthia forma
Gratior: & tellus hoc ita iuſta ſinat:
Quamuis te longæ remorentur fata ſenectæ
Cara tamen lachrymis oſſa futura meis:
Quæ tu uiua mea poſſiſ ſentire fauilla
Tum mihi non ullo mors ſit amara loco:
Quam uereor: ne te contemp to Cynthia buſto
Abſtrahat a noſtro puluere iniquus amor:
Cogat & inuitam lachrymas ſiccare cadentes
Flectitur aſſiduis certa puella minis:
Quare dum licet inter nos lætemur amantes
Non ſatis eſt ullo tempore longus amor.

Ad Gallum.

Aec pro continuo te galle monemus amore
Id tibi ne uacuo defluat ex animo:
Sæpe imprudenti fortuna occurrit amanti
Crudelis minyis dixerat aſcanius:
Eſt tibi non infra ſpeciem: non nomine diſpar
Therodamantheo proximus arbor hylæ:
Nunc tu ſiue legis umbroſæ flumina ſiluæ:
Siue aniena tuos tinxerit unda pedes:
Siue gigantea ſpatiabere littoris ora
Siue ubicunq; uago fluminis hoſpitio:
Nympharum ſemper cupidas defende rapinas
Non minor auſoniis eſt amor hadriacis.
Ne tibi ſit durum montes: & frigida ſaxa
Galle: neq; expertos ſemper adire lacus
Quæ miſer ignotis error perpeſſus in oris
Herculis indomito fleuerat aſcanio.
Namq; ferunt olim pegaſæ naualibus argon

Galle tuos pueri cuſtos ſeruabis amorcs
Herculis exẽplo ſit tibi raptus hylas.
Theocritũ i primis hoc loco imitatur & tranſſert de fabula hylę. Thiodamanteo hylę: hercules cum apud oeneum ſocerum eſſet i cõuiuio: euno mũ architelis filiũ oenei affinẽ minus apte aquã mãibus fundentẽ ꝑcuſſum pugno necauit: Inde ſe cõtulit ad Ceycem i trachiniã: ſed cũ ꝑ dryopas iter faceret: una cũ uxore deianira: & admodum eſuriret: Tiodamantẽ in quẽ arantẽ iciderat cibi aliqd petit: qđ cũ negaret alteꝶ tauꝶ aratro ſolutũ mactauit Thiodamas ex urbe dryopas duxit: pugnauitq; tanto herculis periculo: ut & uulneratus ſit leua mamilla & uxorẽ armauerit i ſubſidiũ. Interfecto aũt Tbiodamãte hylã illius filiũ abduxit: hactẽus ſcribit apollodorus in eo libro qui iſcribit bybliotheca. Apollõius & Theocritus & alii quos ſeqt hylã fuiſſe raptũ in bithynia: cũ aquatũ deſcẽdiſſet. de quo dixius i cõmẽtariis ſyluaꝶ. Aſcãius lacus ẽ bithynię ad quẽ epictetus urbs euadit. otreã

Egreſſam longe phaſidos iſſe uiam:
Et iam prætergreſſus labentem athamantidos undis
Myſorum ſcopulis applicuiſſe ratem:
Hic manus heroum placidis ut conſtitit oris:
Mollia compoſita littora fronde tegit:
At comes inuitis iuuenis proceſſerat ultra
Raram ſe poſiti quærere fontis aquam:
Hunc duo ſectati fratres aquilonia proles:
Hunc ſuper & zethes: hunc ſuper & calais:
Oſcula ſuſpenſis inſtabant carpere palmis
Oſcula & alterna ferre ſupina fuga:
Ille ſub extrema pendens concluditur ala
Et uolucres ramo ſubmonet inſidias:
Iam pandioniæ ceſſet genus orythiyæ
Ha dolor ibat hylas: ibat amadrias hinc:
Hic erat argantonini ſub uertice montis
Grata domus nymphis humida thyniaſin:
Quam ſupra nullæ pendebant debita curæ:
Roſida deſertis poma ſub arboribus:
Et circum irriguo ſurgebant lylia prato
Candida purpureis mixta papaueribus:
Quæ modo decerpens tenero pueriliter ungui
Propoſito florem prætulit officio:
Et modo formoſis incumbens neſcius undis
Errorem blandis tardat imaginibus:
Tandem haurire parat demiſſis flumina palmis
Innixus dextro plena trahens humero:
Cuius: ut accenſæ dryades candore puellæ:
Miratæ ſolitos deſtituere choros:
Prolapſum leuiter facili traxere liquore
Tum ſonitum rapto corpore fecit hylas:
Cui procul alcides iterat reſponſa: ſed illi
Nomen ab extremis fontibus aura refert:
His o Galle tuos monitis ſeruabis amores
Formoſum nymphis credere uiſus hylam:
Tu qui conſortem properas euadere caſum
Miles ab etruſcis ſaucius aggeribus:
Quid noſtro gemitu turgentia lumina torques
Pars ego ſum ueſtræ proxima militiæ:
Sic te ſeruato ut poſſint gaudere parentes
Nec ſoror acta tuis ſentiat e lachrymis:
Gallum per medios ereptum cæſaris enſes:

itē oppidū hēt ſupra ſe ab aſcāio rege dictus de quo homerus. Phorcys & aſcāius phrigias duxere cateruas. Aſcanius crudelis: lacus ipius & nymphę aſcanides crudeles in herculē cui dilectū puer᷑ ademerūt. Minyę argonautę dicti ſūt a minya᷑ familia: quę olī Orcomenō in boetia tenuit poſtea in theſſaliā migrauit: ad iolcū unde argonautę ſūt oriūdi. Inter argonautas aūt erat hercules: & ut ait Papinius argoos frāgebāt brachia remos. crudelis ergo aſcanius dixerat minyis hoc ē docuit fatis argonautas: hoc quod ſequitᷣ ſępe imprudēti fortuna occurrit amanti. Nā & nymphę aſcanides nō expectatū hylā rapuerūt. Littoris gigātei. Ideſt i littore cāpano. ubi gigantes interfecti ſunt. Nō minor auſoniis Pariter inquit oēs nymphę amāt: nā & hę raperēt tuū ut aſcanides hylam. Pogaſę ſūt emporiū ferarū urbis theſſalię. iuxta ē iolcus unde pelias iaſonē & argonautas emiſit dictę pegaſę u l a πήγνιμι quod eſt cōpingo: nā illic ↄpacta fuit nauis argo uel a πήγη qđ ſignificat fōtē. nā fontes multos hēnt propinquos. hic erat arganti phegi. Mendoſa eſt dictio uel apud Strabonē uel apud hūc: nā Strabo ſcripſit argātoninū mōtē eſſe ꝙ pruſiadi iminet ubi raptus fuerit hylas in cuius rei monumentū pruſienſes ſingulis annis uagi ꝑ montes hylā inclamāt eū quęrentes. id fieri ad hylā lacū ſcribit ſolinus Legas igitur ex ſentētia Strabonis. hic erat ſub uertice mōtis argātonini domus grata & humectans nymphis thyniaſis ideſt bithynicis nā Thynias e regione bithynię ē: ſed barbari eam bithyniā uocant: auctor Plinius. Domus humida: fons ſonitum quem primus audiuit hercules ut ſcribit theocritus monitus etiam uoce ſocii: ut uero apollonius tradit: Polyphemus audiuit primus qui laonomen herculis ſororem habebat uxorem.

Effugere ignotas non potuiſſe manus:
Et quæcunq; ſuper diſperſa inuenerit oſſa
Montibus hetruſcis hæc ſciat eſſe mea.

Ad Tullum de patria ſua.

Valis: & ũde gẽus: q ſint mihi tulle pẽates
Quæris pro noſtra ſemper amicitia.
Si peruſina tibi patriæ ſunt nota ſepulchra
Italiæ: duris funera temporibus:
Cum Romana ſuos ægit diſcordia ciues
Sit mihi præcipuæ puluis hetruſca dolor:
Tu proiecta mei perpeſſa es membra Propinqui
Tu nullo miſeri contegis oſſa ſolo:
Proxima ſuppoſito contingens umbria campo
Me genuit terris fertilis uberibus.

Propertii Aurelii Nautæ. Liber ſecundus.

Ad Mœcenatem.

Væritis und mihi totiẽs ſcribãtur ãores
Vnde meus ueniat mollis in ora liber:
Nõ mihi calliope: non hæc mihi cantat
apollo
Ingenium nobis ipſa puella facit:
Siue illam cæis fulgentem incedere togis
Hoc totum e cæa ueſte uolumen erit:
Seu uidi ad frontem ſparſos errare capillos
Gaudet laudatis ire ſuperba comis:
Siue lyræ carmen digytis percuſſit eburnis
Miramur faciles ut premat arte manus:
Seu quum poſcentes ſomnus declinat ocellos
Inuenio cauſas mille poeta nouas:
Seu nuda erepto mecum luctatur amictu
Tunc uero longas condimus iliadas:
Seu quicquid fecit: ſiue eſt quodcunq; locuta
Maxima de nihilo naſcitur hiſtoria:
Quid mihi ſi tantum mœcenas fata dediſſent
Vt poſſem heroas ducere in arma manus:
Non ego titanas canerem: non oſſan olympo
Impoſitum: ut cœli pelion eſſet iter:
Non ueteres thebas: nec pergama nomẽ homeri
Xerxis: & imperio bina coiſſe uada.
Regna ue prima remi: aut aĩos Cartagis altæ
Cymbrorumq; minae: & benefacta mari:

Bellaq; reſq; tui memorarem Cæſaris: & tu
  Cæſare ſub magno cura ſecunda fores:
Nã quotiẽs muti nam: aut ciuilia buſta philippos
  Aut canerẽ ſiculæ claſſica bella fugæ;
Euerſoſq; focos antiquæ gentis hetruſcæ:
  Et ptholem enæi littora capta phari:
Aut canerẽ ægyptum: & nilum: cõtractus in urbẽ
  Septem captiuis debilis ibat aquis:
Aut regum auratis circundata colla cathenis
  Actiaq; in ſacra currere roſtra uia:
Te mea muſa illis ſemper contexerit armis
  Et ſumpta: & poſita pace fidele caput:
Theſeus infernis: ſuperis teſtatur achilles
  Hic iſionidem: ille monœtiadem:
Sed neq; phlegreos iouis enceladiq; tumultus
  Intonet anguſto pectore callimachus:
Nec mea conueniunt duro præcordia uerſu
  Cæſaris in phrygios condere nomen auos:
Nauita de uentis: detauris: narrat arator.
  Enumerat miles uulnera paſtor oues:
Nos contra anguſto uerſantes prælia lecto
  Qua pote quiſq; mea conterat arte diem:
Laus in amore mori: laus ſi datur altera uiuo
  Poſſe frui: fruar o ſolus amore meo:
Si memini ſolet illa leues culpare puellas
  Et totam ex helena non probat iliada:
Seu mihi ſint tangenda nouercæ pocula phedræ:
  Pocula priuignio non nocitura ſuo:
Seu mihi circæo pereundum eſt gramine: ſiue
  Colchis colchiacis urat ahena focis:
Vna meos quoniam prædata eſt fœmina ſenſus
  Ex hac ducentur funera noſtra domo.
Omnes humanos ſanat medicina dolores
  Solus amor morbi non amat artificem:
Tarda philoctetæ ſanauit crura macahon
  Phœnicis chiron lumina philirides:
Et deus extinctum creſis epidaurius herbis
  Reſtituit patriis androgeona focis:
Myſus: & hemonia iuuenis: qua cuſpide uulnus
  Senſerat: hac ipſa cuſpide ſenſit opem:
Hoc ſi quis uitiũ potuit mihi demere ſolus
Tantalea poterit tradere poma manu:

Quę modo deſeruit conſtanti
pectore caſtra.
Nunc repetit miles magne cupido
tuus. Mercurio ſais. Mendoſi codices
modo ſanctis modo ſatis ſcripti ſunt
nos ſais legendum putamus nam ſais
lingua ęgyptia palladem ſignificat ut
ſcribit lycophronis iterpres: & hoſtiũ
nili ſaiticum eſt appellatum ꝙ pallas
illic coleretur: ut ex Strabõis uerbis fa
cile diſcere poteſ. boebeis lacus ē theſ
ſalię: ubi pallas cum mercurio concu/
buiſſe dicitur. quod uerecunde ſignifi/
cans heſiodus ita ait. Per multis corã
plantam ſibi uirgo ſeueratum boebei
dos undis tixit. huius rei meminit Stra
bo Primo tunc primum. nam ſemper
ante fuerat uirgo.

Vix uno potuit liber requieſcere
menſe.
Artibus hunc reuocas Cynthia do/
cta tuis. Antiquę continuę. de tribus
corinnis diximus i ultimo libro ſylua/
rum. Turpia ꝑpeſſus Diodorus ut mi
hi quidem uidetur: & aliã hiſtoriam ſe
cutus ē quam homerus ac theocritus
& alienã a propertio: ſcribit. n. hercu/
lem euryti equos abegiſſe cum filiam
noluiſſet dare uxorem: & iphiclum ue
niſſe thiryntẽ ad equos repetẽdos her
culéque iuſſiſſe ut turrim cõſcenderet
inde conſpiceret agrum an uſq; appa/
rerent equi mox eum pręcipitaſſe: hęc
Diodorus. homerus iu euocatione ma
nium chlorim amphianis filiam neleo
nupſiſſe ſcribit: unde nati ſint neſtor
chromius periclimenes & pero. Nele/
us autẽ ut ait pronunciauit nemini fili
am uxorem ſe daturũ niſi ei qui boues
iphycli ex phylaca urbe theſſalię ad
ſe duceret. Solus melampus amythao
nis filius ſciẽtia diuinãdi clarus id pro
miſit. Is ab iphiclo deprehẽſus in uincu
la coniectus eſt ſed poſt anum ſolutus
egit: ut pero ſibi data bianti fratri nu/
beret. nam illius fuiſſe uxorem ſcribit
theocritus ſurripuiſſe qui uolebat ſur/
ripere deprehenſus. Quam non lucra
magis. Nã ditiſſimus erat duabus par
tibus regni argiui dõatus ab anaxago
ra Megapenti filio cum argiuas mulie
res bacchi ira inſanientes furore libe/
raſſet. Nam Medicus fuit. Vnde & me
lãpodiũ herba dicta eſt.

Dolia uirgineis idem ille repleuerit urnis
Ne tenera aſſidua colla grauentur aqua:
Idem caucaſea ſoluet de rupe promethei
Brachia: & a medio pectore pellet auem:
Quandocunq; igitur uitam mea fata repoſcẽt
Et breue in exiguo marmore nomẽ ero:
Mœcẽas noſtræ ſpes inuidioſa iuuẽtæ
Et uitæ & morti gloria iuſta meæ:
Si te forte meo ducet uia proxima buſto
Eſſeda cælatis ſiſte britanna iugis:
Taliaq; illachrymans mutæ iace uerba fauillæ
Huic miſero fatum dura puella fuit.

Cynthiæ puellæ laudes.

Iber eram & uacuo meditabar uiuere lecto
At me compoſita pace fefellit amor.
Cur hæc in terris facies humana moratur?
Iuppiter ignoro priſtina furta tua.
Fulua coma eſt: longæq; manus: & maxima toto
Corpore & incedit uel Ioue digna ſoror.
Aut cum dulichias pallas ſpatiatur ad aras
Gorgonis anguiferæ pectus operta comis:
Qualis: & iſchomacæ laphitæ genus heroinæ
Centaurus medio grata rapina mero
Mercurio ſais fertur bobeidas undis
Virgineum primo compoſuiſſe latus:
Cedite etiam diuæ quas paſtor uiderat olim:
Ideis tunicam ponere uerticibus:
Hanc utinam faciem nolit mutare ſenectus
Et ſi cumeæ ſecula uatis eget.

Ad irriſorem.

q Vi nullum tibi dicebas iam poſſe nocere
Haeſiſti cecidit ſpiritus ille tuus:
Vix unum potes infelix requieſcere menſem:
Et turpis de te iam liber alter erit:
Quaerebam ſicca ſi poſſit piſcis arena
Nec ſolitus ponto uiuere toruus aper:
Aut ego ſi poſſem ſtudiis uigilare ſeueris
Differtur nũqua tollitur ullus amor.
Nec me tam facies: quãuis ſit candida caepit
Lilia non domina ſint magis alba mea:
Et maeotica nix minio ſi certet hybero
Vtq; roſæ puro lacte natant folia:

Nec de more comæ per leuia colla fluentes
Non oculi geminæ ſydera noſtra faces:
Nec ſi qua arabio lucet bombyce puella
Non ſum de nihilo blandus amator ego:
Quantum quod poſito formoſæ ſaltat iocho
Egit ut euantes dux ariadna choros:
Et quantum æolio cum tentat carmina plectro
Par aganippeæ ludere docta lyræ:
Et ſua cum antiquæ cōmittit ſcripta corynæ
Carmina quæ quiuis non putat æqua ſuis:
Num tibi naſcenti primis mea uita diebus
Arridus argutum ſtertuit omnis amor:
Hæc ubi contulerint cæleſtia munera diui
Hæc tibi ne matrem forte dediſſe putes:
Non non humani ſunt partus talia bona
Iſta decem menſes non peperere bona:
Gloria romanis una es tu nata puellis
Romana acumbēs prima puella Ioui:
Nec ſemper nobiſcum humana cubilia uiſes
Poſt helenam hæc terris forma ſecunda redit:
Ah ego nunc miſer ſi flagret noſtra iuuentus
Pulchrius ah fuerat Troia perire tibi:
Olim mirabar: quod tanti ad pergama belli
Europæ atq; Aſiæ cauſa puella fuit:
Nunc pari tu ſapiens: & tu menelae fuiſti
Tu quia poſcebas: tu quia lentus eras:
Digna quidem facies pro qua uel obiret achilles
Vel priamus belli cauſa probanda fuit.
Si quis uult fama tabulas anteire uetuſtas
Hic dominam exemplo ponat in arte meam:
Siue illam heſperiis: ſiue illam oſtendit eois
Vret & eoos: uret & heſperios:
His ſaltē ut teneat iam finibus aut mihi ſi quis
Acrius ut moriar uenerit alter amor:
Ac ueluti primo taurus detractat aratra
Poſt uenit aſſueto mollis ad arua iugo:
Sic primo iuuenes trepidant in amore feroces:
Dehinc domiti poſt hæc æqua: & iniqua ferūt:
Turpia perpeſſus uates eſt uincla melāpus
Cognitus hyphicli ſubripuiſſe boues:
Quē nō lucra magis phæro formoſa coegit
Mox amithaonia nupta futura domo.

### Ad Amantem.

m Vlta prius domīæ delicta queraris oportet
Sæpe roges aliquid: ſæpe repulſus eas:
Et ſæpe immeritos corrumpas dentibus ungues
Et crepitum dubio ſuſcitet illa pede:
Nequicquā perfuſa meis unguenta capillis
Ibat & expēſo planta morata gradu:
Non hic herba ualet: non hic nocturna cythæis
Non per medeæ gramina cocta manus:
Quippe ubi nec cās nec apertos cernimus ictus
Vnde tamen ueniant tot mala cæca uia eſt:
Non æget hic medicis: non lectis mollibus æger
Huic nullū cœli tempus & aura nocet.
Ambulat & ſubito mirantur funus amici
Sic eſt incautum quicquid habetur amor:
Nam cui non ego ſum fallaci præmia uati:
Quæ mea non decies ſomnia uerſat anus:
Hoſtis ſi quis erit nobis amet ipſe puellas
Gaudeat in puero ſi quis amicus erit:
Tranquillo tuta deſcendit flumine cymba
Quid tibi tam parui littoris unda nocet:
Alter ſæpe uno mutat præcordia uerbo
Altera uix ipſo ſanguine mollis erit.

### Ad Cynthiam.

h Oc uerum eſt tota te fieri Cynthia roma
Et non ignota uiuere nequitia:
Hæc merui ſperare dabis mihi perfida pœnas:
Et nobis aquilo Cynthia uentus erit:
Inueniam tamen e multis fallacibus unam
Quæ fieri noſtro carmina nota uelit:
Nec mihi tam duris inſultet moribus & te
Vendicet heu ſero flebis amata diu:
Nunc eſt ira recens nunc eſt diſcedere tempus
Si dolor abſuerit: crede redibit amor:
Non ita carpathiæ uariant aquilonibus undæ
Nec dubio nubes uertitur atra noto:
Quam facile irati uerbo mutantur amantes
Dum licet: iniuſto ſubtrahe colla iugo:
Nec tu non aliquid ſed prima nocte dolebis
Omne in amore malum ſi patiare leue eſt.
At tu per dominæ iunonis dulcia iura
Parce tuis animis uita nocere tibi:

Non ſolū taurus ferit uncis cornibus hoſtem:
Verū etiam inſtanti læſa repugnat ouis.
Nec tibi periuro ſcindam de corpore ueſtes:
Nec mea præcluſas frægerit ira fores:
Nec tibi cōnexos iratus carpere crines
Nec duris auſim lædere pollicibus:
Ruſticus hæc aliquis tā turpia prælia quærat:
Cuius non hederæ circumiere caput.
Scribam igitur quod non unq̄ tua deleat ætas:
Cynthia forma potens: Cynthia uerba leuis:
Crede mihi q̄uis contēnas murmura famæ
Hic tibi pallori Cynthia uerſus erit.

Ad Eandem.

On ita complebāt ephyreæ laidos ædes:
Ad cuius iacuit græcia tota fores:
Turba menandreæ fuerat nec thaidos olim
Tanta in qua populuſ luſit erichthonius:
Nec qu r deletas potuit componere thebas
Phyrne: tam multis facta beata uiris:
Quin etiā falſos fingis tibi ſæpe propinquos
Oſcula nec deſunt qui tibi iure ferant:
Me iuuenum facies pictæ: me nomina lædunt:
Me tener in cunis: & ſine uoce puer:
Me lædet ſi multa tibi dabit oſcula mater
Me ſoror & cum qua dormis amica ſimul:
Omnia me lædent: timidus ſum: ignoſce timori:
Et miſer in tunica ſuſpicor eſſe uirum:
His olim ut ſama eſt uitiis ad prælia uentum eſt
His troiana uides funera principiis:
Aſpera centauros eadem dementia iuſſit
Frangere in aduerſum pocula perithoum:
Cur exempla petam graium? tu criminis auctor
Nutritus duro romule lacte lupæ:
Tu rapere intactas docuiſti impune ſabinas.
Per te nunc romæ quidlibet audet amor.
Felix admeti coniunx: & lectus ulyſſis:
Et quæcunq; uiri fœmina limen amat.
Templa pudicitiæ quid opus ſtatuiſſe puellis?
Si cuius nuptæ quodlibet eſſe licet:
Quæ manus obſcœnas depinxit prima tabellas
Et poſuit caſta turpia uiſa domo:
Illa puellarum ingenuos corrupit ocellos

Ingemit heu nulla uiuas q̄d Cynthia lege
Indulgēs multis luxurioſa procis

Laidos ephyreę. nō φ lais corinthū patriā habuerit ſed φ ibi proſtitit: Lais aſycaris ſicilię urbe inſula capta ab atheniēſibus duce Nicia Corinthum captiua deducta eſt: ibique diuendita meretrices oēs forma ſuperauit: habuit tumulū leena inſculpta arietē primoribus pedibus ſuſtinēte i coitus meretricii ſimulacrum: amauit hippoſtratum quē in theſſaliam eſt ſecuta ubi alter ei tumulus erectus eſt. Auctor pauſanias. Phyrne Teſpienſis fuit ex agro Thebano ſtatuam Cupidinis eximia forma a praxitele extorſit nouo commento de quo ſcripſimus in cōmentariis ſyluarū: in iudiciū uocata non tam oratione hyperidis abſoluta eſt: q̄3 forma corporis. quod nudauit: eadem ditiſſima cupidinem theſpienſibus dedit multiſque ſignis ornauit agrū thebanum. Strabo eandem fuiſſe glycerium putat. deletas itaque thebas ſignorum magnificentia & opibus potuit cōponere & ad priſtinum nomē reuocare.

Quę modo iungebat genialis
foedera lecti.
Lex ſilet:incepto uiuere amore licet.

Sublatam legem. Auguſtus legem de maritaudis ordinibus reuocauit: quã prę tumultu recuſantiũ ferre non potuit niſi adépta demũ & lenita parte poenarum:ut ſcribit tranquillus & ut tradit liuius eo tempore orationẽ metelli qua olim ille cohortatus fuerat quirites ad connubia in ſenatu recitauit. Cum igitur legis mentio orta eſſet:qua propertius quoq; ut alii uxorem ducere cogebatᷣ:& Auguſtus ceſſaſſet ob tumultum recuſantium gratulans ſibi & amicę ſe in amore pmãſurum pollicetur. Deuictę gentes. nõ propterea ꝙ deuicit multas gentes cęſar poſſit quoque amori imperare.

Vnde mihi idem argumentum. Vnde inquit mihi datum eſt procreare filios in partiam ducãt triumphos: hac.n. de cauſa legem tulerat auguſtus ut militum numerus augeretur. Atqui iquit propertius nullus de noſtro ſanguine miles erit:ad hibernos boriſthenidas boriſthenes Scytharũ fluuius:ut ſcribit herodotus in euxinum erumpit in comperto fonte ut in nilo accidit.

Heu miſer acceleras extrema in
fata properti.
Alterius quoniã facta puella tua eſt.

Quid non antigones tumulo. Antigone contempto edicto:ne quis polynicem mortuum ſepeliret:eum:quoniam frater erat:humauit. depręhenſa iuſſu creontis regis iugulatur ex lege ad tumulum polynicis. Hemõ qui eam impatienter amabat perfoſſo pectore gladio ibidem ſibi mortem conſciuit. Eum ſecuta eſt mater eurydice doloris impatiens. Tragoedia extat ſophoclis quę antigone inſcribitᷣ hoc argumento. & euripidis. ſed illic dep̃henſa in adulterio cum hemone datᷣ ei in uxorem & parit hemonem filiũ: Ouidius. nec tibi ſiquid amas foelicius hemone cedat:hemonis itaque exẽplo hortatur ſe ad necem proptius.

Nequitiæq; ſuæ noluit eſſe rudes:
Ah gemat in terris iſta qui protulit arte
Iurgia ſub tacita condita lætitia:
Non iſtis olim uariabant tecta figuris
Cum parieſ nullo crimine pictus erat:
Sed non ĩmerito uelauit aranea phanum:
Et mala deſertos occupat herba deos:
Quos igiur tibi cuſtodes: quæ lumina ponam?
Quæ nũq̃ ſupra pes inimicus eat:
Nam nihil inuitæ triſtis cuſtodia Prodeſt
Quam peccare pudet. cynthia tuta ſat eſt:
Hos uxor nunq̃:nunq̃ me ducet amica
Semper amica mihi: ſemper & uxor eris.

Ad Cynthiam.

Auiſa eſt certe ſublatam cynthia legem.
Qua quondam edicta ſtemus uterq; diu:
Ni nos diuideret quãuis diducere amantis
Non queat inuitos iuppiter ipſe duos:
At magnus cæſar: ſed magnus cæſar in armis.
Deuictæ gentes nil in amore ualent:
Nam citius paterer caput hoc diſcedere collo:
Quam poſſem nuptæ perdere in ore faces:
Aut ego tranſirem tua limina clauſa maritus
Reſpiciens udis perdita luminibus:
Ah mea tum qualis caneret tibi cynthia ſomnos
Tibia: funeſta triſtior illa tuba.

Ad Cynthiam.

Nde mihi patriis natos præbere triũphis
Nullus de noſtro ſanguine miles erit:
Et ſi uera meæ comitarent caſtra puellæ
Non mihi ſat magnus caſtoris iret equus:
Hinc & enim tantum meruit mea gloria nomen
Gloria ad hybernos lata boriſtenidas:
Tu mihi ſola places placeam tibi cynthia ſolus
Hic erit & patrio ſanguine pluris amor:

Ad Cynthiam.

Ripitur nobis iam pridem cara puella
Et tu me lachrymas fundere amice uetas?
Nullæ ſunt inimicitiæ:niſi amoris acerbæ:
Ipſum me iugula leuior hoſtis ero:
Poſſum ego in alterius poſitam ſpectare lacerto
Nec mea dicetur quæ modo dicta mea eſt?

Omnia uertuntur: certe uertuntur amores
Vinceris aut uincis: hæc in amore rota eſt.
Magni ſæpe duces: magni cecidere tyranni:
Et thebæ ſteterant altaq; troia fuit:
Munera quanta dedi: uel qualia carmina feci:
Illa tamen nunq̄ ferrea dixit amo.
Ergo iam multos nimium temerarius annos
Improba qui tulerim teq; tuamq; domum:
Et quando ire tibi liber ſum uiſus: anuſq;
In noſtrum iacies uerba ſuperba caput:
Sic igitur prima moriere ætate properti
Sed morere interitu gaudeat illa tuo:
Exagitet noſtros manes: ſectetur & umbras
Iuſultetq; rogis calcet & oſſa mea:
Quid? non antigonæ tumulo boetius hæmon
Corruit ipſe ſuo ſaucius enſe latus:
Et ſua cum miſeræ permiſcuit oſſa puellæ
Qua ſine thebanam noluit ire domum:
Sed non efficies: mecum moriaris oportet:
Hoc eodem ferro ſtillet uterq; cruor.
Quamuis iſta mihi mors eſt inhoneſta futura
Mors inhoneſta quidem: tu moriere tamen:
Ille etiam abrepta deſertus coniuge achilles
Ceſſare intectis pertulit arma ſua:
Viderat ille fuga tractos in littore achiuos:
Feruere & hectorea dorica caſtra face:
Viderat informem multa patroclon harena
Porrectum: & ſparſas cæde iacere comas:
Omnia formoſam propter briſeida paſſus:
Tantus in erepto ſæuit amore dolor:
At poſtq̄ ſera captiua eſt reddita pœna
Fortem illum hæmoniis hectora traxit equis:
Inferior multo cum ſim uel in arte uel armis:
Mirum ſi de me iure triumphat amor.

Ad Amicam de Riuali.

Ste quod ē ego ſæpe fui: ſed fors & in hora
Hoc ipſo erepto carior alter erit.
Penolope poterat bis denos ſalua per annos
Viuere: tam multis fœmina digna procis:
Coniugium falſa poterat differre minerua
Nocturno ſoluens tecta diurna dolo:
Viſura & q̄uis nunq̄ ſperaret ulyſſem:

Illum expectando facta remanſit anus:
Nec non exanimem amplectens briſeis achillem
  Candida uæſana uerberat ora manu:
Et dominum lauit mœrens captiua cruentum
  Appoſitum fluuiis in ſimoenta uadis:
Fœdauit ꝗ; comas & tanti corpus achillis:
  Maximaq; in parua ſuſtulit oſſa manu:
Cum tibi nec peleus aderat nec cærula mater
  Syria nec uiduo deidamia uiro:
Tunc igitur caſtis gaudebat græcia natis
  Tunc etiam felix inter & arma pudor:
At tu non una potuiſti nocte uacare
  Impia non unum ſola manere diem:
Quin etiam multo duxiſti pocula riſu
  Forſitan: & de me uerba fuere mala:
Hic etiam petitur qui te prius ipſe reliquit
  Dii faciant iſto capta fruare uiro:
Nec mihi uota tuam propter ſuſcepta ſalutem
  Cum capite hoc ſtygiæ iam peterentur aquæ:
Et lectum flentes circunſtaremus amici
  Hic ubi tum prodii perfida quis ue fuit?
Quid ſi longinquos retinerer mileſ ad indos:
  Aut mea ſi ſtaret nauis iu oceano?
Sed uobis facile eſt uerba: & componere fraudes
  Hoc unum didicit fœmina ſemper opus:
Non ſic incerto mutantur flamine ſyrtes
  Nec folia hyberno tam tremefacta notho:
Quam cito fœminea non conſtat fœdus in ira
  Siue ea cauſa grauis: ſiue ea cauſa leuis:
Nunc quoniam iſta tibi placuit ſentẽtia cedam:
  Tela precor pueri promite acuta magis:
Figite certantes atq; hanc mihi ſoluite uitam
  Sanguis erit nobis maxima palma meis:
Sydera ſunt teſtes: & matutina pruina:
  Eſt furtim miſero ianua aperta mihi:
Te nihil in uita nobis acceptius unq̃
  Nunc quoq; eris q̃uis ſis inimica mihi:
Nec domina ulla meo pone ueſtigia lecto:
  Solus ero quoniam non licet eſſe tuum:
Atq; utinam ſi forte pios eduximus annos
  Ille uir in medio fiat amore lapis:
Non ob regna magis diris cecidere ſub armis

Thebani media non ſine matre duces:
Quam mihi ſi media liceat pugnare puella:
Mortem ego non fugiam: morte ſubire tua:
Sed tempus luſtrare alus helicona choreis
Et campum æmonio iam dare tempus equo:

Ad muſam.

Am libet & fortes mmorare ad ꝑlia turmas
Et romana mei dicere caſtra ducis:
Quod ſi deficiant uires: audacia certe
Laus erit in magnis & uoluiſſe ſat eſt:
Aetas prima canat ueneres: extrema tumultus
Bella canam: quando ſcripta puella mea eſt:
Nunc uolo ſubducto grauior ſuccedere uultu
Nunc aliam cytharam me mea muſa docet:
Surge anima ex humili iã carmina ſumite uireſ
Pierides magni nunc erit oris opus:
Iam negat euphrates equitem poſt terga tueri
Parthorum: & craſſos ſe tenuiſſe dolet:
India quis auguſte tuo dat colla triumpho
Et domus intactæ te tremit arabiæ
Et ſi qua extremis tellus ſe ſubtrahit oris
Sentiat illa tuas poſtmodo capta manus:
Nec ego caſtra ſequar uates tua caſtra canendo
Magnus ero: ſeruent hunc mihi fata diem:
Vt caput in magnis ubi non eſt tangere ſignis:
Ponitur hac imos ante corona pedes:
Sic nos nunc inopes laudis conſcendere carmen
Pauperibus ſacris uilia thura damus:
Nondũ etiam aſcræos norũt mea carmina fõtes
Sed modo permeſſi flumine lauit amor.

Ad Cynthiam.

Cribant de te alii uel ſis ignota liceb t:
Ludet qui ſterili ſemina ponit humo.
Omnia crede mihi tecum uno munera lecto
Auferet extremi funeris atra dies:
Et tua tranſibit contemnẽs oſſa uiator:
Nec dicet cinis hic docta puella fuit.

De Amore.

Vicunq; ille fuit primus qui pinxit amorẽ
Non ne putas miras hũc habuiſſe manus?
Hic primum uidit ſine ſenſu uiuere amantes
Et leuibus curis magna perire bona:

Idem non fruſtra uentoſas addidit alas
  Fecit & humano corde uolare deum:
Scilicet alterna quoniam iactamur in unda
  Noſtraq; non ullis permanet aura locis:
Et merito hamatis manus eſt armata ſagittis
  Et pharetra ex humero gnoſia utroq; iacet:
Ante ferit quoniam: tuti quã cernimus hoſtem:
  Nec quiſquã ex illo uulnere ſanus abit:
In me tela manent: manet & puerilis imago
  Sed certe pennas perdidit ille ſuas:
E uolat e noſtro quoniam de pectore nuſquam
  Aſſiduuſq; meo ſanguine bella gerit:
Quid tibi iocũdum ſiccis habitare medullis?
  Si puer eſt alio traice tela tuo:
Intactos iſto ſatius tentare ueneno
  Non ego: ſed tenuis uapulat umbra mea:
Quam ſi pdiderit quis erit qui talia cãtet?
  Nec mea muſa leuis gloria magna tua eſt:
Qui caput: & digytos: & lumina nigra puellæ
  Et canit: ut ſoleam molliter ire pedes.

Ad Cynthiam.

On tot achæmeniis armãtur hetruſca ſagittis
  Spicula: quot noſtro pectore fixit amor:
Hic metam graciles uetuit contemnere muſas
  Iuſſit & aſcræum ſic habitare nemus:
Non ut pieriæ quercus mea uerba ſequantur
  Aut poſſim hiſmaria ducere ualle feras.
Sed magis ut noſtro ſtupeſcat cynthia uerſu
  Tunc ego ſim inachio notior arte lino:
Non ego ſum formæ tantum mirator honeſtæ
  Nec ſi qua illuſtres fœmina iactat auos:
Me iuuet in gremio doctæ legiſſe puellæ:
  Auribus: & pueris ſcripta probaſſe mea:
Hæc ubi contigerint populi confuſa ualeto
  Fabula: nam domina iudice tutus ero:
Quod ſi forte bonas ad pacem uerterit aures
  Poſſum inimicitias tunc ego ferre iouis:
Quãdocunq; igitur noſtros mors claudet ocellos
  Accipe quæ ſerues funeris acta mei:
Nec mea tunc longa ſpatietur imagine pompa
  Nec tuba ſit fati uana querela mei:
Nec mihi tunc fulcro ſternatur lectus eburno

Admonet inſanus quum ſit moriturus amando
Quę tibi ſit tumuli cynthia cura ſui.
Acheméis achemẽii pſę dicti ſũt. pſarum autem bella ſagittis pręcipue gerebãtur: unde ſagittę achemenię dicũtur Achemenidarum pręterea erat tribus in perſis. unde qui erant oriundi habebantur nobiliſſimi Propterea ita ſcribit herodotus Artacem Pręfectũ foſſę faciendę audiit mortuum eẽ magna apud ſe auctoritate uirum. & genere achemenidem. Spicula. dicuntur cuſpides ferreę ſagittarũ. plinius. Calamis ſpicula addũt ireuocabili hamo noxia. Iiua ſeu ethalia iſula littoris thuſci ferri pręſtãtia & copia nobilis ẽ. unde proptius appellat ſpicula hetruſca .i. cuſpides ex ferro hetruſco.

Nec ſit in attalico mors mea nixa thoro:
Deſit odoriferis ordo mihi lancibus: adſint
Plebei paruæ funeris exequiæ:
Sat mea ſit magna: ſi tres ſint pompa libelli:
Quos ego perſephonæ maxima dona feram:
Tu uero nondum pectus lacerata ſequeris
Nec fueris nomen laſſa uocare meum:
Oſculaq; in gelidis pones ſuprema labellis
Cum dabitur ſyrio munere plenus onyx:
Deinde ubi ſuppoſitus cinerem me fecerit ard
Accipiat manes paruula teſta meos:
Et ſit in exiguo laurus ſuperaddita buſto
Quæ tegat extincti funeris umbra locum:
Et duo ſint uerſus qui nunc iacet horrida pului
Vnus hic quondam ſeruus amoris erat:
Nec minus hæc noſtri noteſcet fama ſepulchri
Quam fuerant phthii buſta cruenta uiri:
Tu quoq; ſi quando uenies ad fata memento
Hoc iter ad lapides cana ueni memores:
Interea caue ſis nos aſpernata ſepultos:
Non nihil ad uerum conſcia terra ſapit:
Atq; utinam primis animam me ponere cun
Iuſſiſſet quæ uis de tribus una ſoror:
Nam quo tam dubiæ ſeruetur ſpiritus horæ
Neſtoris eſt uiſus poſt tria ſecla cinis
Quis tam longæuæ minuiſſet fata ſenectæ
Gallicus illiacis miles in aggeribus:
Non ille antilochi uidiſſet corpus humati
Diceret aut o mors cur mihi ſera uenis?
Tu tamen amiſſo non nunq̄ flebis amico
Fas eſt præteritos ſemper amare uiros:
Teſtis qui niueum quondam percuſſit adonem
Venantem idalio uertice durus aper:
Illis formoſum iacuiſſe paludibus illuc
Diceris effuſa tu uenus iſſe coma:
Sed fruſtra mutos reuocabis cynthia manes
Nam mea quid poterunt oſſa minuta loqui?

De Receptione in nocte.

n On ita dardanio gauiſus atrida triumpho
Cum caderent magnæ laomedontis opes
Nec ſic errore exacto lætatus ulyſſes
Cum tetigit caræ littora dulichiæ:

Nec ſ electra: necato agamemnōe dolis ęgiſti cum horeſtes eius filius ad necem quęreret electra ſoror beneficio ſtrophii phocéſis eū ſeruauit: allata .n. urna fl ns ſimulabat illic eſſe oſſa horeſtis extincti cum tamé alibi lateret. Illuſtra é pricipium duarum tragoediarū Sophoclis & Euripidis initio hic ſūpto quod electra urnā iſert i ſcęnā: & luget. polus tragoediarum hiſtrio hęc repręſétaturus cum dolore filii paulo āte amiſſi āgeretur: allatis oſſibus in urna ex illius tumulo falſam actionem uero dolore impleuit exemplo memorabili. Saluū cum uenit mycenas: & ultus eſt iniuriam paternam. Electra poſtea nupſit piladi ſtrophii filio duoſque genuit ſtrophium & medontem ut hellanicus ſcribit. De eriphile & glauce ſiue creuſa quęre quę ſcripſimus in commentariis ſiluarum.

Nec ſic electra ſuum ſaluum cũ aſpexit horeſtẽ.
Cuius falſa tenens fleuerat oſſa ſoror:
Nec ſic incolumem minois theſea uidit
Dædalium lino cum duce rexit iter:
Quanta ego præterita collegi gaudia nocte
Immortalis ero ſi altera talis erit:
At dum demiſſis ſupplex ceruicibus ibam
Dicebar ſicco uilior eſſe lacu:
Nec mihi iam faſtus opponere quærit iniquos
Nec mihi ploranti lenta ſedere poteſt:
Atq; utinam non tam ſero mihi nota fuiſſet
Conditio: cineri nunc medicina datur:
Ante pedes cæcis lucebat ſemita nobis
Scilicet inſano nemo in amore uidet:
Hoc ſenſi prodeſſe magis: contẽnite amantes
Sic hodie uenit ſi qua negauit heri:
Pulſabant alii fruſtra: dominamq; uocabant
Mecum habuit poſitum lenta puella caput:
Hæc mihi deuictis potior uictoria parthis
Hæc ſpolia: hæc reges: hæc mihi currus erunt.
Magna ego dona tua figam cytherea columna
Taleq; ſub noſtro nomine carmen erit:
Has pono ante tuas tibi diua propertius ædes
Fxuuias tota nocte receptus amans:
Nunc ad te mea lux ueniet mea littore nauis:
Seruata: an mediis ſidat honuſta uadis:
Quæ ſi forte aliqua nobis mutabere culpa
Veſtibulum iaceam mortuus ante tuum.

Intimatio animi.

Me felicem: o nox mihi candida: & o tu
Lectule deliciis facte beate meis:
Quam multa appoſita narramus uerba lucerna
Quantaq; ſublato lumine rixa fuit:
Nam modo nudatis mecum eſt luctata papillis
Interdum tunica duxit operta moram:
Illa meos ſomno lapſo patefecit ocellos
Ore ſuo: & dixit ſiccine lente iaces?
Quam uario amplexu mutamus brachia: q̃tũ
Oſcula ſunt labris noſtra morata tuis.
Non iuuat in cæco uenerem corrumpere motu
Si neſcis: oculi ſunt in amore duces:
Ipſe paris nuda fertur periiſſe lacæna:

Cum menelen æo ſurgeret e thalamo:
Nudus & endimion phœbi cepiſſe ſororem
Dicitur & nudæ concubuiſſe deæ:
Quod ſi pertendens animo ueſtita cubares
Sciſſa ueſte meas experiere manus:
Quin etiam ſi me ulterius prouexerit ira
Oſtendens matri brachia læſa tuæ:
Nec dum inclinatæ prohibēt te ludere mammæ
Viderit hæc: ſi quam iam peperiſſe pudet:
Dum nos fata ſinunt oculos ſatiemus amore
Nox tibi longa uenit nec reditura dies:
Atq; utinā hærentes ſic nos uincire eathena
Velles ut nunq̃ ſolueret ulla dies:
Exemplo iunctæ tibi ſunt in amore columbæ
Maſculus & totum fœmina coniugium.
Errat qui finem uæſani quærit amoris:
Verus amor nullum nouit habere modum:
Terra prius falſo partu deludet arantes
Et citius nigros ſol agitabit equos:
Fluminaq; ad caput incipient reuocare liquores
Aridus & ſicco gurgite piſcis erit:
Quam poſſim noſtros alio tranſferre dolores
Huius ero uiuus mortuus huius ero:
Quod mihi ſi tecum tales concedere noctes
Illa uelit: uitæ longus & annus erit:
Si dabit hæc multas fiam immortalis in illis
Nocte una quiuis uel deus eſſe poteſt:
Qualem ſi cuncti uellent decurrere uitam:
Et preſſi multo membra iacere mero:
Non ferrum crudele eſſet: neq; bellica nauis:
Nec noſtra acciacum uerteret oſſa mare:
Nec totiens propriis circum oppugnata triũphis
Laſſa foret crines ſoluere roma ſuos:
Hæc certa merito poterunt laudare minores
Læſerunt nullos pocula noſtra deos:
Tu modo dum licet fructum ne deſere uitæ
Omnia ſi dederis oſcula pauca dabis:
At ueluti folia arentes liquere corollas
Quæ paſſim calathis ſtrata natare uides:
Sic nobis qui nunc magnum ſperamus amantes
Forſitan includet craſtina fata dies.

Ad Cynthiam:

Diuitias damnat peregrino ex or
be petitas:
Ob quas riualē cynthia auara fouet.
Deceptus quoniam fleuit & ipſe de
us. Carmen eſt in. xii. apud home. ubi
ardentes amores ſuos narrat iuppiter
& in primis uxorē ixionis a ſe uehemē
ter amatā. Interpres gonei eā filiā fuiſ
ſe ſcribit quę cū a ioue eſſet corrupta
nupſerit ixioni cum tamē numini prō
miſiſſet ſe nupturam nemini. Diodo/
rus eam fuiſſe filiam aſionei ſcribit &
matrem pirithoi.

Rætor ab illyricis uēit modo cynthia terris
Maxima præda tibi: maxima cura mihi:
Non potuit ſaxo uitam poſuiſſe cerauno
Ah neptune tibi qualia dona darem:
Nunc ſine me plena fiunt conuiuia menſa
Nunc ſine me tota ianua nocte patet:
Quare ſi ſapis oblatas ne deſere meſſes
Et ſtolidum pleno uellere carpe pecus:
Deinde ubi conſumpto reſtabit munere pauper
Dic alias iterum nauiget illyrias:
Cynthia non ſequitur faſces: nec curat honores
Semper amatorum ponderat illa ſinus:
At tu nunc noſtro uenus o ſuccurre dolori
Rumpat ut aſſiduis membra libidinibus:
Ergo muneribus quiuis mercatus amicam
Iuppiter indigna merce pue la perit:
Semper in oceanum mittit me quærere gēmas
Et iubet ex ipſo tollere dona tyro:
Atq; utinam romæ nemo eſſet diues: & ipſe
Straminea poſſet dux habitare caſa:
Nunq̄ uenales eſſent ad munus amicæ
Atq; una fieret cana puella domo:
Non quia ſeptenas noctes seiuncta cubares
Candida tam fœdo brachia fuſa uiro:
Non quia peccarim teſtor te: ſed quia uulgo
Formoſis leuitas ſemper amica fuit:
Barbarus excluſis agitat ueſtigia lumbis
Et ſubito felix nunc mea regna tenet:
Aſpice quid donis eriphyla inuenit amaris
Arſerit: & q̄tis nupta creuſa malis:
Nulla ne ſedabit noſtros iniuria fletus.
An dolor hic uitiis neſcit abeſſe ſuis:
Tot iam abire dies cum me nec cura theatri
Nec tetigit campi: nec mea muſa iuuat:
Ah pudeat certe: pudeat niſi forte quod aiunt
Turpis amor ſurdis auribus eſſe ſolet:
Cerne ducem modo qui fremitu compleuit iani
Actia damnatis æquora militibus:
Hunc infamis amor uerſis dare terga carinis
Iuſſit: & externo quærere in orbe fugam:
Cæſaris hæc uirtus: & gloria cæſaris hæc eſt:
Illa qua uicit condidit arma manu:

Sed quaſcunq; tibi ueſtes: quoſcũq; ſmaragdos
Quos ue dedit flauo lumine chryſolitos:
Hæc uideam rapidas in uanum ferre procellas
Quæ tibi terra uelim: quæ tibi fiet aqua:
Non ſemper placidus periuros ridet amantes
Iuppiter: & ſurda negligit aure preces:
Vidiſtis toto ſonitus percurrere cælo
Fluĩaq; ætherea deſiluiſſe domo.
Non hæc pleiades faciunt neq; aquoſus orion:
Nec ſic de nihilo fulminis ira cadit:
Periuras tunc ille ſolet punire puellas
Deceptus quoniam fleuit & ipſe deus.
Quare ne tibi ſit tanti ſidonia ueſtis
Vt timeas quotiens nubilis auſter erit.

De Excluſione.

Entiri noctem: promiſſis ducere amantẽ:
Hoc erit infectas ſanguine habere manus:
Horum ego ſum uates quotiẽs deſertus amara
Expleui noctes: fractus utroq; toro:
Vel tu tantalia moueare ad flumina ſorte
Vt liquor arenti fallat ab ore ſitim:
Vel tu ſiſyphios licet admirere labores
Difficile ut toto monte uolutet onus:
Durius in terris nihil eſt duod iuuat amante
Nec modo ſi ſapias quod minus eſſe uelis:
Quem modo felicem inuidia admirante ferebãt
Nunc decimo admittor uix ego quoq; die:
Nunc iacere e duro corpus iuuat impia ſaxo
Sumere & in noſtras tertia uena manus:
Nec licet in triuiis ſicca requieſcere luna
Aut per rimoſas mittere uerba fores:
Quod q̃uis ita ſit dominam mutare cauebo
Tum flebit: tum in me ſenſerit eſſe fidem:

Ad Cynthiam:

Sſiduæ multis odium peperere querelæ
Frangitur in tacito fœmina ſæpe uiro:
Si quid uidiſti ſemper uidiſſe negato
Aut ſi quid doluit forte dolere nega:
Quid ſi iam canis ætas mea candeat annis?
Et faceret ſciſſas languida ruga genas?
At non thitoni ſpernens aurora ſenectam
Deſertum eoa paſſa iacere domo eſt:

Nonne pudet iuuenem contem/
nere Cynthia uatem?
Quom tihi iã faciẽ ruga ſenilis aret.
Nunc etiam infectos demens imita
re britannos. Obiicit q̃ glaſto herba
faciat cęruleos crines et caniciẽ diſ/
ſimulet. Glaſtum herba ut ſcribit Pli
nius ſimilis plãtagini qua britãni utũ/
tur: ut caeruleum ducant colorem.
Vnde britanni caerulei dicti Caeſar ĩ
commentariis. Omnes uero ſe britan
ni ultro glaſto inficiunt. quo caerule/
um efficiant colorem atque hoc hor
ridiores ſũt ĩ pugna aſpectu.

Illum ſæpe ſuis decedens fouit in undis
  Quam prius adiunctos ſedula lauit equos:
Illum ad uicinos cum amplexa quieſceret indos
  Maturos iterum eſt queſta redire dies:
Illa deos currum couſcendens dixit iniquos
  Inuitum & terris præſtitit officium:
Cum maiora ſenis thitoni gaudia uiui
  Quam grauis amiſſo memnone luctus erat:
Cum ſene non Puduit talem dormire puellam
  Et canæ totiens oſcula ferre comæ:
At tu ēt iuuenem odiſti me perfida: cum ſis
  Ipſa anus haud longa curua futura die:
Quin ego diminuo curam? quod ſæpe cupido
  Huic malus eſſe ſolet: cui bonus ante fuit:
Nunc ēt infectos demens imitare britanos
  Ludis & extremo tincta nitore caput:
Vt natura dedit ſic omnis tecta figura
  Turpis romano belgicus ore color:
Illi ſub terris fiant mala multa puellæ
  Quæ mentita ſuas uertit inepta comas
De me mihi certe poteris formoſa uideri
  Mi formoſa ſatis ſi modo ſæpe uenis:
An ſi ceruleo quædam ſua tempora fuco
  Tinxerit: iccirco cerula bona forma eſt?
Cum tibi nec frater: nec ſit tibi filius ullus:
  Frater & ego tibi ſim: filius unus ego:
Ipſe tuus ſemper: tibi ſit cuſtodia lectus
  Nec nimis ornata fronte ſedere uelis:
Credam ego narranti noli committere famæ
  Et terram rumor tranſilit & maria.

Ad Cynthiam.

T ſi me inuito diſcedis cynthia roma
  Lætor quod ſine me deuia rura colis:
Nullus erit caſtis iuuenis corruptor in agris
  Qui te blanditiis non ſinat eſſe probam:
Nulla neq; ante tuas orietur rixa feneſtras
  Nec tibi clamatæ ſomnus amarus erit:
Sola eris: & ſolos ſpectabis cynthia montes:
  Et pecus & fines pauperis agricolæ:
Illic te nulli poterunt corrumpere ludi
  Phana q; peccatis plurima cauſa tuis:
Illic aſſidue tauros ſpectabis arantes

Et uitem docta ponere falce comas:
Atq; ibi rara fides inculto thura ſacello
Hædus ubi agreſtes corruet ante focos:
Protinus & nuda choreas imitabere ſurra:
Omnia ab extremo ſint modo tuta uiro:
Ipſe ego uenabor iam nunc me ſacra dianæ
Suſcipere: & ueneri ponere uota iuuat:
Incipiam captare feras: & reddere pinu
Cornua: & audaces ipſe mouere canes:
Non tamen ut uaſtos auſim temptare leones
Aut celer agreſtes cõminus ire ſues:
Hæc igitur mihi ſit lepores audacia molles
Excipere: & ſtricto figere auem calamo:
Qua formoſa ſua clitũnus flumina luco
Integit: & niueos abluit unda boues:
Tu quotiens aliquid conabere uita memento
Venturum paucis me tibi luciferis:
Sic me nec ſolæ poterunt auertere ſiluæ
Nec uaga muſcoſis flumina fuſa iugis:
Quin ego in aſſidua mutem tua nomina lingua
Abſenti nemo ne nocuiſſe uelit.

Ad Cynthiam.

Vid fles abducta grauius briſeide? qd fles
Anxia captiua triſtius andromacha?
Quid ue mea de fraude deos inſana fatigas?
Quid quereris noſtram ſic cecidiſſe fidem?
Non tam nocturna uolucris funeſta querela
Attica cecropiis obſtredit in foliis:
Nec tantum niobæ bis ſex ad buſta ſuperbæ
Solicito lachrymas defluit aſyphilo:
Me licet æratis aſtringant brachia nodis
Sint mea uel danaes condita membra modo:
In te ego & æratas rumpam mea uita cathenas:
Ferratam danaes traſiliamq; domum:
De te quodcumq; ad ſurdas mihi dicitur aures
Tu modo ne dubita de grauitate mea:
Oſſa tibi iuro per matris & oſſa parentis
Si fallo cinis heuſit mihi uterq; grauis
Me tibi ad extremas manſurum uita tenebras
Ambos una fides auferet una dies:
Quod ſi nec nomen: nec me tua forma teneret
Poſſet ſeruitium mite tenere tuum:

Septima iam plenæ deducitur orbita lunæ
Cum de me & de te conpita nulla tacent:
I nterea nobis non nunq̃ ianua mollis
Non nunq̃ lecti copia facta tui :.
Nec mihi muneribus nox ulla eſt empta beatis
Quicquid eram hoc animi gratia magna tui.
Cum te tam̃ multi peterent: tu me una petiſti
Poſſum ego naturæ non meminiſſe tuæ :
Tũ me uel tragicæ uexetis erinnydes & me
Inferno damnes æace iudcio :
Atq; inter titii uolucres me penna uag tur
Tumq; ego ſiſyphio ſaxa labore geram:
Nec tu ſupplicibus me ſis uenerata tabellis
Vltima talis erit quæ mea prima fides:
Hoc mihi perpetuo ius eſt: quod ſolus amator
Nec cito deſiſto: nec temere incipio :

### Ad Cynthiam de pantho.

H quãtum de me panthi tibi pagina finxit
Tantum illi pantho : ne ſit amica uenus:
Sed tibi iam uideor dodona uerior augur :
Vxorem ille tuus pulcher amator habet:
Tot noctes perire nihil pudet: aſpice cantat
Liber: tu nimium credula ſola iaces:
Et nunc inter eos tu ſermo es: te ille ſuperbus
Dicit ſe inuito ſæpe fuiſſe domi:
Diſpeream ſi quicq̃ aliud quam gloria de te
Quæritur has laudes ille maritus habet :
Colchida ſic hoſpes quondam decepit iaſon
Eiecta eſt tenuis nanq; creuſa domo :
Sic a dulichio iuuene eſt eluſa calypſo
Vidit amatorem pandere uela ſuum:
Ah nimium faciles aurem præbere puellæ
Diſcite deſertæ non temere eſſe bonæ :
Huic quoq; qui reſtat iam pridem quæritur alter
Experta in primo ſtulta cauere poteſt:
Hos quocunq; loco: nos omni tempore tecum
Siue ægra pariter: ſiue ualente ſumus.

### Ad Heremium demophoontẽ.

Cis heremi multas pariter placuiſſe puellas
Scis mihi demophoon multa uenire mala:
Nulla mihi fruſtra luſtrantur compita plantis
O nimis exitio nata theatra meo:

Me licet & thamyrę. thamyras ab home. dicit thamyris filius philamonis unde dictus philamonides & argiones ut ſcribit pauſanias mater ṗgnãs ſpreta a philamõe fugit ad odryſas populos thracię. unde Chamiſas odryſius dictus quoniã illic natus ſit. priuatus oculis a muſis quas ad certamen cytharę prouocauarat : cytharã in balurã fluuiũ abiecit: ũde & ipſe baluras dictus. Diodorus priuatũ cytharã fuiſſe ait: quod & homerus quodã in loco indicat. Irato nuie dulces amiſit cytharę cãtus. licet etiam ſi amitterem oculos: ut thamyris.

Siue aliquis molli deducit candida geſtu
  Brachia : ſeu uarios incinit ore modos.
Interea noſtri quærunt ſibi uulnus ocelli
  Candida non tecto pectore ſi qua ſedet :
Siue uagi crines puris in frontibus errant
  Indica quos medio uertice gemma tenet:
Quæ ſi forte aliquid uultu mihi dura negaret
  Frigida de tota fronte cadebat aqua :
Quæris demophoon cur ſim tam mollis in oẽs.
  Quod quæris quare non habet illud amor:
Cur aliquis ſacris laniat ſua brachia cultris:
  Et phrygis inſanos cæditur ad numeros:
Vnicuiq; dedit uitium natura creato
  Mi for una aliquid ſemper amare dedit:
Me licet & thamyræ cantoris fata ſequantur
  Nunq̃ ad formoſas inuide cæcus ero.
Sed tibi ſi exiles uideor tenuatus in artus
  Falleris: haud unq̃ eſt culta labore uenus:
Percontere licet: ſæpe eſt experta puella
  Officium tota nocte ualere meum :
Iuppiter alcmenæ geminas requieuerat arctos
  Et cælum noctu bis ſine rege fuit :
Nec tamen iccirco languens ad fulmina uenit
  Nullus amor uires eripit ipſe ſuas:
Quid cum e conplexu briſeidos iret achilles
  Num fugere minus theſſala tela phryges?
Quid ferus ãdrõachæ lecto cũ ſurgeret hector
  Bella mycenaeæ non timuere rates?
Ille uel hic claſſes poterat : uel perdere muros:
  Hic ego pelides : hic ferus hector ego :
Aſpice uti cælo modo ſol modo luna miniſtret.
  Sic etiam nobis una puella parum eſt:
Altera me cupidis teneat : foueat q; lacertis :
  Altera ſi quando eſt non ſinat eſſe locum:
Aut ſi forte irata meo ſit facta miniſtro
  Vt ſciat eſſe aliam: quæ uelit eſſe mea:
Nam melius duo defendunt retinacula nauem
  Tutius & geminos anxia mater alit:
Aut ſi es dura nega: ſin es non dura uenito
  Quid iuuat: & nullo ponere uerba loco:
Hic unus dolor eſt ex omnibus acer amanti
  Speranti ſubito ſi qua uenire negat :

Quanta illum toto uerſant ſuſpiria lecto
Cui recipi quæ non nouerit ille uetat:
Et rurſum puerum quærendo audita fatigat
Quem quæ ſcire timet quærere plura iubet.

De Amoris ſeruitute.

Vi fuit indocti fugienda & ſemita uulgi
Ipſa petita lacu nunc mihi dulcis aqua eſt:
Ingenuus quiſq; alterius dat muneta ſeruo
Vt promiſſa ſuæ uerba fetat dominæ:
Et quærit totiens quæ nam nunc porticus illam
Integit: & campo quo mouet illa pedes?
Deinde ubi pertuleris quos dicit fama labores
Herculis: & ſcribat muneris: & quid habes:
Cernere uti poſſis uultum cuſtodit amari
Captus: & in munda ſæpe latere caſa:
Quam care ſemel in toto nox uertitur anno
Ah pereant ſi quos ianua clauſa iuuat:
Contra reiecto quæ libera uadit amictu
Cuſtodum: & nullo ſepta timore placet:
Cui ſæpe in mundo ſacra conteritur uia ſocco
Nec ſinit eſſe moram ſi quis adire uelit:
Differt hæc nunq̄ nec poſſet garrula quæ te
Aſtrictus ploret ſæpe dediſſe pater:
Nec dicet timeo: propera iam ſurgere quæſo
Infelix hodie uir mihi rure uenit:
Et quas euphrates: & quas mihi miſit orontes
Me capiant nolim furta pudica tori:
Libertas quoniam nulli iam reſtat amanti
Nullus liber erit: ſi quis amare uolet.

Ad Cynthiam.

V loqueris cum ſit iam noto fabula libro
Et tua ſit toto cynthia lecta foro:
Cui non his uerbis aſpergat tempora ſudor?
Aut pudor ingenuus: aut reticendus amor.
Quod ſi tam facilis ſpiraret cynthia nobis
Non ego nequitiæ dicerer eſſe caput:
Nec ſic per totam infamis traducerer urbem
Vrerer & q̄uis nomine uerba darem:
Quare ne tibi ſit mirum me quærere uiles
Parcius infamant: num tibi cauſa leuis?
Et modo pauonis caudæ flabella ſuperbæ
Et manibus dura frigus habere pila.

Et cupit iratum talos me boſcere eburnos
Quæq; nitent ſacra iulia dona uia:
Ha peream ſi me iſta mouent diſpendia: ſi me
Fallaci dominæ iam pudet eſſe iocum:
Hoc erat in primis quod me gaudere uidebas
Tam te formoſam non pudet eſſe leuem?
Vna aut altera nox nondum eſt ĩ amore peracta
Et dicor lecto iam grauis eſſe tuo:
Me modo laudabas: & carmina noſtra legebas
Ille tuus pennas tam cito uertit amor:
Contendat mecum ingenio: contendat & arte
Imprimis una diſcat amare domo:
Si libitum tibi erit lernæas purget ad hydras
Et tibi ab heſperio mala dracone ferat:
Tetra uenena bibens & naufragus ebibat undas
Et nũq̃ pro te deneget eſſe miſer:
Quos utinam in nobis uita experiare labores
Iam tibi de timidis iſte proteruus erit
Qui nunc ſe in tumidum iactando uenit honorẽ
Diſſidium uobis proximus annus erit:
At me non ætas mutabit tota ſibyllæ
Non labor alcidæ non niger ille dies
Tu mea compones: & dices oſſa properti
Hæc tua ſunt: heu heu tu mihi certus eras:
Certus eras heu heu q̃uis nec ſanguine auito
Nobilis & quãuis nauita diues eras:
Nil ego non patiar: nunq̃ me iniuria mutat
Ferre ego formoſam nullum onus eſſe puto
Credo ego non paucos iſta periiſſe figura
Crede ego ſed multos non habuiſſe fidem:
Paruo dilexit ſpatio minoida theſeus
Phillida demophoon hoſpes uterq; malus:
Iam tibi iaſoniæ nota eſt medea carinæ
Et modo ſeruato ſola relicta uiro:
Dura eſt quæ multis ſimulatum fingit amorẽ
Et ſe plus uni ſi qua parare poteſt:
Noli nobilibus: noli conferre beatis:
Vix uenit extremo qui legit oſſa die:
Ii tibi nos erimus: ſed tu potius precor ut me
Demiſſis plangas pectora nuda comis.

Ad Cynthiam quod perpetuo eã amabit:

u Nica nata meo pulcherrima cura dolori

Multa licet miſerũ uexẽt incõmoda amãtem:
Viuet ad extremos cynthia amata rogos.

Vultu gorgonis.i.ore meduſę .Ita.n. noſtri acceperũt gogonẽ pro meduſa ſed hãno poenorũ dux tradidit ſe in gorgones iſulas penetraſſe ubi ſunt fęminę hirtis corporibus ex his duarum cutes miraculi gratia in tẽplo iunonis affixę ſũt romę ſpectatęq; uſq; ad carthaginẽ captã. At ãor terit̃ nullo ſublimine dominę. q̃uis inquit ferrũ cõteratur rubigine amor meus in cynthiã nullo eius ſublie.i.elimatiõe & iniuriis cõſumi põt. Noue autẽ dixit ſublimen pro elimatiõe uerbo deducto a lima iſtrumẽto fabrili. pmãſit in trãſlatiõe: nam ante dixerat: terit̃ rubigie mucro ferreus: quod ſi diuiſa dictiõe legas ſb limine nullus erit ſenſus. Septia rota. ſeptimã fuiſſe luſtrationẽ metę oſtẽdit Ouidius & trãquillus in domitião. qui ſcribit impatorem redegiſſe aurigas a ſeptenis ſpatiis ad qna quo facilius cẽtũ miſſus uno die pagerẽt. Amictu ſãdicis. Plinius ſandicẽ ait eſſe colorẽ ex Sãdraca & rubrica quanq; inquit animaduerto Virgiliũ herbã ita exiſtiaſſe illo uerſu: ſpõte ſua ſandix paſcẽtes ueſtiet agnos. Dux erat ignota miſſa colũba mari: De hoc lege cõmentarios noſtros ĩ ibyn: ubi de nauplio: de glauco: de Cyaneis ſcopulis: de Helle mõumẽta repies. Amymone puella argiua Neptunũ in amorẽ allexit & cũ aquã urna geſtaret iuxta lernam paludẽ neptunus amoris impatiẽs diſiecto uaſe eã cõpreſſit: ſed ĩ monumẽtũ impetratiã plexus effecit ut fons ex aqua effuſa oreret̃: inde natus eſt nauplius palamedis pater a quo nauplia ut nõnulli putarũt Corynthiorũ nauale nomẽ accepit: ſed ſtrabo õino a fabula diſſentiẽs naupliã dictã ait ꝙ naues illuc πλεοῦσι .i. nauigãt: negatq; fieri poſſe ut ãymone fuerit nauplii mater cũ tẽpora non cõueniãt: amymonẽ fontẽ iuxta lernã eſſe aſſentitur: teſtis eſt quã incẽdãt̃ amore neptunus. palus lernę: iuxta quã eſt cõpreſſa amymone.

Excludit quoniam ſors mea ſæpe: ueni;
Iſta meis fiet notiſſima forma libellis
Calue tua uenia: pace catulle tua:
Miles depoſitis annoſus ſecubat armis
Grandæuiq; negant ducere aratra boues:
Putris: & in uacua requieſcit nauis arena
Et uetus in templo bellica palma uacat:
At me ab amore tuo deducet nulla ſenectus
Siue ego titonus ſiue ego neſtor ero:
Nonne fuit ſatius duro ſeruire tyranno
Et gemere in tauro ſæpe perille tuo:
Gorgonis & ſatius fuit obdureſcere uultu
Caucaſias etiam ſi pateremur aues:
Sed tamen obſita teritur rubigine mucro
Ferreus: & paruo ſæpe liquore ſilex:
At nullo dominæ teritur ſublimine amor: qui
Reſtat: & imerita ſuſtinet aure minas:
Vltro contemptus rogat: & peccaſſe fatetur
Læſus & inuictis ipſe redit pedibus:
Tu quoq; qui pleno faſtus aſſumis amore
Credula nulla diu fœmina pondus habet:
An quiſq̃ i mediis perſoluit uota procellis:
Cum ſæpe in portu fracta carina natet:
Aut prius infecto depoſcit premia curſu
Septima q̃ metam triuerit ante rota:
Mendaces ludunt flatus in amore ſecũdi
Si qua uenit ſero magna ruina uenit:
Tu tamen interea q̃uis te diligat illa
In tacito cohibe gaudia clauſa ſinu:
Nanq; in amore ſuo ſemper ſua maxima cuiq;
Neſcio quo pacto uerba nocere ſolent:
Quãuis te perſæpe uocet: ſemel ire memento
Inuidiam quod habet non ſolet eſſe diu:
Et ſi ſæcla forent antiquis grata puellis
Eſſem ego quod nunc tu: tempore uicor ego:
Non tamen iſta meos mutabũt ſæcula mores
Vnus quiſq; ſua nouerit ire uia:
At uos qui offam in multos reuocatis amores
Quantum ſi cruciat lumina ueſtra dolor:
Vidiſtis pleno teneram candore puellam
Vidiſtis fuſco: dulcis uterq; color:
Vidiſtis quandam argiua prodire ſigura

Vidiſtis noſtras utraq; forma rapit:
Illaq; plebeio: uel ſit ſandicis amictu:
Hæc atq; illa mali uulneris una uia eſt:
Cum ſatis una tuis inſomnia portet ocellis
Vna ſit & cui uis fœmina multa mala.

Ad Cynthiam de ſomnio naufragii.

Idi te in ſomnis fracta mea uita carina
Ionio laſſas ducere rore manus:
Et quæcunq; in me fueras mentita fateri
Nec iam humore graues tollere poſſe comas:
Qualem purpureis agitauit fluctibus hellen
Aurea q̄ molli tergore uexit ouis:
Quā timui ne forte tuum mare nomen haberet
Atq; tua labens nauita fleret aqua:
Quæ tum ego neptūo: quæ tum cū caſtore fratri
Quæq; tibi excæpi iam dea leucothoe.
At tu uix primas extollens gurgite palmas
Sæpe meum nomen iam peritura uocas:
Quod ſi forte tuos uidiſſet glaucus ocellos
Eſſes ionii facta puella maris:
Et tibi præ inuidia nereides increpitarent
Candida niſeæ cærula cymotoæ:
Sed tibi ſubſidio delphinum currere uidi
Qui puto arioniam uexerat ante lyram:
Iamq; ego conabar ſummo me mittere ſaxo
Cum mihi diſcuſſit talia uiſa metus:
Nunc admirentur quod tā mihi pulchra puella
Seruiat: & tota dicar in urbe potens:
Non ſi cambyſæ redeant: & flumina croeſi
Dicat de noſtro ſurge poeta toro:
Nam mea cum recitat dicit ſe audiſſe beatos
Carmina tam ſanctæ nulla puella colit:
Multum ī amore fides multum cōſtātia prodeſt:
Qui dare multa poteſt: multa & amare poteſt:
Seu mare per longum mea cogitet ire puella
Hanc ſequar & fidos una aget aura duos:
Vnum littus erit ſopitis: unaq; tecto
Arbor: & ex una ſæpe bibemus aqua:
Et tabula una duos poterit componere amantes
Prora cubile mihi ſeu mihi puppis erit:
Omnia perpetiar ſæuus licet urgeat eurus
Velaq; in incertum frigidus auſter agat:

Quicunq; & uenti miſerum uexaſtis ulyſſem
Et danaum euboico littore mille rates:
Et qui nouiſtis duo littora cum ſatis argo
Dux erat ignoto miſſa columba mari:
Illa meis tantum non unq̄ deſit ocelis
Incendat nauem iuppiter ipſe licet
Certe hiſdem nudi pariter iactabimur oris
Me licet unda ferat te modo terra tegat:
Sed non neptunus tanto crudelis amori
Neptunus fratri par in amore ioui:
Teſtis amymone latices cum ferret in aruis
Compreſſa: & lernæ pulſa tridente palus:
Iam deus amplexu uotum perſoluit: at illi
Aurea diuinas urna refudit aquas:
Crudelem: & boream rapta orithiya negauit:
Hic deus & terras & maria alta domat:
Crede mihi nobis miteſcet ſcylla: nec unq̄
Alternante uorans uaſta charybdis aqua:
Ipſaq; ſydera erunt nullis obſcura tenebris
Purus & orion: purus & hædus erit:
Quod mihi ſi ponenda tuo ſit corpore uita
Exitus hic nobis non inhoneſtus erit.

Ad Cynthiam ægrotantem de certitudine horæ mortis.

Tuos incertam mortales funeris horam
Quæritis: & qua ſit mors aditura uia:
Quæritis & cælo phœnicum inuenta ſereno
Quæ ſit ſtella homini commoda: quæq; mala
Seu pedibus parthos ſeqmur: ſeu claſſe britanos
Et maris & terræ cæca pericla uiæ:
Rurſus & obiectum flemus capiti eē tumultum
Cum mauors dubias miſcet utriq; manus:
Præterea domibus flammam dom buſq; ruina
Heu ſubeant labris pocula nigra tuis:
Solus amans nouit quando periturus: & a qua
Morte: neq; hic boreæ flabra neq; arma timet:
Iam licet & ſtygia ſedeat ſub arundine remex
Cernat & infernæ triſtia uela ratis:
Si modo clamantis reuocauerit aura puellæ
Conceſſum nulla lege redibit iter.

Ad Iouem pro amica ægrotante.

Vppiter affectæ tandem miſerere puellæ

Vndiq; circūſtāt incertis fata periclis:
Sed quę ab amore uenit mors tibi certa uenit.

Inuēta phoenicū. immo atlas libyę filius ut plinius ſcribit primus rationē aſtrorū inuenit: ut alii ſcribūt ęgptii: ut alii conſentiūt phoenices & aſſyrii: & Hyginus ita ſcribit: Thales qui primū ſyderū rationē inuenit phoenix fuit. ūde & urſa minor phoenice eſt appellata. de ſyrio lege quę i ſiluis ſcripſimus. Magico rūbo. ait ſe exploraſſe oēs artes omnia quę ei portēdere mortē. rūbus piſcis: rūbus itē inſtrumētū magicum cuius memit Theocritus & apud nos Martialis. ad meū erat amoribus pręcipue dicatū: agebaturq; in uertiginē & tria fila retorquebat. Lucanus magicā uertiginē appellat. uobiſcū eſt iope Hęc fabula latinis ignota eſt: q̄uis non nulli falſo forſan coiectare audeāt de andrōede eſſe intelligēdū quę in iope portu expoſita fuit mōſtro: quod pabſurdū eſt. interpres certe lycophronis hęc tantū ſcribit: iopen puellā amauit iuppiter. quęcūq; erat i numero: in numero dicitur eſſe qui eſt alicuius precii: & Quintil: ait eos ſcriptores redactos fuiſſe in ordinē hocē in numero aliorum qui in precio habētur.

Tam formoſa tuum mortua crimen erit:
Venit enim tempus quo torridus æſtuat aer
Incipit & ſicco feruere terra cane:
Sed non tam ardoris culpa eſt: neq; crimina cæli
Quam totiens ſanctos non habuiſſe deos:
Hoc perdit miſeras: hoc perdidit ante puellas:
Quicquid iurarunt uentus & unda rapit:
Num ſibi collatam doluit uenus? ille p æquæ
Præ ſe formoſis inuidioſa dea eſt:
An contempta tibi iunonis templa pelaſgæ
Palladis aut oculos auſa negare bonos?
Semper formoſæ non noſtis parcere uerbis
Hoc tibi lingua nocens: hoc tibi forma dedit:
Sed tibi uexatæ per multa pericula uitæ
Extremo uenit mollior hora die:
Io uerſa caput primos mugiuerat annos
Nunc dea quæ nili flumina uacca bibit:
Ino etiam prima terras ætate uagata eſt
Hanc miſer implorat nauita leucothoen:
Andromede monſtris fuerat deuota marinis
Hæc eadem perſei nobilis uxor erat:
Caliſto archadios errauerat urſa per agros
Hæc nocturna ſuo ſydere uela regit:
Quod ſi forte tibi properarint fata quietem
Illa ſepulturæ fata beata tuæ:
Narrabis ſemele quo ſit formoſa periclo
Credet & illa ſuo docta puella malo:
Et tibi mæonidas interq; heroidas omnis
Primus erit nulla non tribuente locus:
Nunc utcunq; potes fato gere ſaucia morem
Et deus: & durus uertitur ipſe dies:
Hoc tibi uel poterit coniunx ignoſcere iuno
Frangitur & iuno ſi qua puella perit:
Deficiunt magico torti ſub carmine nymbi
Et iacet extincto laurus aduſta foco:
Et iam luna negat totiens deſcendere cælo
Nigraq; funeſtum condidit omen anus:
Vna ratis fati noſtros portabit amores
Cærula ad infernos uelificata lacus:
Si non unius quæſo miſerere duorum
Viuam ſi uiuet: ſi cadet illa cadam:
Pro quibus optatis ſacro me carmine damno

Scribā ego per magnum ē ſalua puella iouem:
Ante tuoſq; pedes illa ipſa adoperta ſedebit
Narrabitq; ſedens longa pericla ſua:
Hæc tua perſephone maneat clementia: nec tu
Perſephone coniunx ſæuior eſſe uelis:
Sunt apud infernos tot milia formoſarum:
Pulchra ſit in ſuperis ſcilicet una locis:
Vobiſcum eſt iope: nobiſcum candida tyro
Vobiſcum europe nec proba paſyphae.
Et quod troia tulit: uetus & quod achaia formas
Et phoebi & priami diruta regna ſenis:
Et quecunq; erat in numero romana puella
Occidit: has omnes ignis auarus habet:
Nec forma æternū: aut cuiq; eſt fortūa perennis
Longius: aut propius mors ſua quenq; manet:
Tu quoniam es mea lux magno demiſſa periclo
Munera dianæ debita redde choros:
Redde etiā excubias diuæ nunc: āte iuuencæ
Votiuas noctes: & mihi ſolue decem.

Ad Cynthiam.

Eſterna mea lux cum potus nocte uagarer
Nec me ſeruorum duceret ulla manus:
Obuia neſcio quot pueri mihi turba minuta
Venerat: hos uetuit me numerare timor:
Quorum alii faculas: alii retinere ſagittas
Pars etiam uiſa eſt uincla parare mihi:
Sed nudi fuerant: quorum laſciuior unus
Arripite hunc īquit: nam bene noſtis eum.
Hic erat: hunc mulier nobis irata reliquit
Dixit: & in collo iam mihi nodus erat.
Hic alter iubet in medium propellere: & alter
Intereat qui nos non putat eſſe deos:
Hæc te non meritum totas expectat in horas
At tu neſcio quas quæris inepte fores
Quæ tum ſidoniæ nocturna ligamina mitræ
Soluerit: atq; oculos mouerit illa graues:
Afflabunt tibi nō arabum de gramine odores
Sed quos ipſe ſuis fecit amor manibus:
Parcite iam fratres iam certos ſpondet amores
Et iam ad mandatam uenimus ecce domum:
Atq; ita me iniecto duxerunt rurſus amictu
Inunc & noctes diſce manere domi.

Mane erãt: & uolui ſi ſola quieſceret illa
Viſere: at in lecto cynthia ſola fuit:
Obſtupui non illa mihi formoſior unquã
Viſa: neq; oſtrina tum fuit in tunica:
Ibat: & hinc caſtæ narrabant ſomnia ueſtæ
Neu ſibi ne ue mihi quæ nocitura forent:
Talis uiſa mihi ſomno demiſſa recenti
Heu quantum per ſe candida forma ualet:
Quæ tu matutinus ait ſpeculator amicæ
Me ſimilem ueſtris moribus eſſe putas?
Non ego tam facilis: ſat erit mihi cognitus unus
Vel tu ſi quiſq̃ uerior eſſe poteſt:
Apparent non ulla toro ueſtigia preſſa
Signa uoluptatis non iacuiſſe duos:
Aſpice ut in toto nullus mihi corpore ſurgat
Spiritus: admiſſo notus adulterio.
Dixit: & oppoſita propellens ſuauia noſtra
Proſilit in laxa nixa pedem ſolea:
Sic ego tam ſancti cuſtodis rector amoris
Ex illo felix non mihi nulla fuit.

Ad Eandem.

Vo fugis ah demẽs? nulla ẽ fuga: tu licet uſq;
Ad tanaim fugias: uſq; ſequetur amor:
Non ſi pegaſeo uerteris in aere dorſo
Nec tibi ſi perſei mouerit ala pedes:
Vel ſi te ſectæ rapiant talaribus auræ
Nil tibi mercurii proderit alta uiã:
Inſtat ſemper amor ſupra caput: inſtat amanti:
Et grauis ipſe ſuper libera colla ſedet:
Excubat ille acer cuſtos & tollere nunq̃
Te patietur humo lumina capta ſemel:
Et iam ſi pecces deus exorabilis ille eſt
Si modo præſentis uiderit eſſe preces:
Iſta ſenes licet accuſent conuiuia duri
Nos modo propoſitum uita teramus iter:
Illorum antiquis onerentur legibus aures
Hic locus eſt in quo tibia docta ſonet:
Quæ non iure uado menandri iacta nataſti
Turpia cum faceret pallidus ora timor:
Nunc iam dura paras phrygias nunc ire p undas
Et petere hyrcani littora nota maris:
Spargereq; alterna communes cæde penates

Non de liuia porticu:nec de pom
peia:nec de octauia intelligas ſed de
ea quam erexit Auguſtus in parte pa/
latii iuxta biblyothecam & templum
apollinis.cuius operis meminit tran/
quillus in auguſto. Apta.i.publicata.
Marmoreus. At quam Pli.ſcribit ſta/
tuam phoebi eo in loco fuiſſe ęneam
miranda arte & magnitudine octo:
de mirone alibi diximus gallos deie/
ctos. Templum delphis erat in mõte
parnaſo in rupe undique pẽdenti opu
lentiſſimum donis:quorum cupidita/
te brenus gallorum dux cum ſexagin
ta milibus peditum in aſiam trãſgreſ/
ſus delphis bellũ intulit:delphici quat
tuor milibus hominum ope diuia gal
lorum impetum ſuſtinuerunt.nam ſu
ſcepta eſt opinio iuuenem mortali ſta
tura auguſtiorem & duas uirgines ar
matas dianam & mineruam eo in
bello affuiſſe tempeſtate preterea &
terręmotu galli repreſſi ſunt:demum
brenus uulnerum dolorem non ferẽs
manum in ſe uertit:hęc hiſtoria erat
ĩ aula templi palatini perſcripta a tro
go & pauſania: Dubias ſortes. prene/
ſtinas de qbus diximus in ſiluis: Tele/
goni aeęi.ideſt filii cyrcęs.aeęę & uly
xis Sylius. Cicero tuſcula.dor ſo moe
nia laerta:quondam regnata nepoti:
aeęa regio iuxta phaſim patria cir ces
unde aeaea dicta. Marõe ſopito; quę
ſomnum excitant qualem Virgilius ĩ
agris habet ĩpetratis ab auguſto: qđ
meliboeus carmine bucolico ei nar/
rat:ſępe leui ſomnum ſuadebit inire
ſuſurro.hoc propertius carmini ĩſeru
it cũ paulo ãn opus uirgilianũ legiſſet
Quãuis ida parim: Oenonẽ intelligit
quę nympha fluuii fuit & nais.hãc pa
ris ante raptũ helenę amauit & hũit u
xorẽ:quod demetrius ſcribit: Is.n.af/
firmat ĩ finibus agri liẽſis ad cebrintã
fuiſſe tumulũ paridis & oenones illius
uxoris prius q̄; raperet helenã: Ait igi
tur propertius oenonẽ q̄;uis accubue/
rit cũ paride nihilominus fuiſſe in pre
cio inter alias nymphas. Naica dona
.i. dona quę tibi donabãt ab oenone
naide. Iſmario mero.i.thracio: quod
Plinius maroneũ appellat: Maroneo
inquit antiquiſſima claritas ẽ in thraci
ę maritima parte genito: Illac cũ naui
garet ulyſſes a marone euãthei filio
ſacerdote appollinis cũ alia dona ac/
cepit tũ utres uino maroneo plenos:
quorũ unũ poſtea ſecũ detulit ĩ antrũ

Et ferre ad patrios præmia dira lares:
Vna contentum pudeat me uiuere amica
Hoc ſi crimen erit:crimen amoris erit:
Mi nemo obiiciat:libeat tibi cynthia mecum
Roſcida muſcoſis antra tenere iugis:
Illic aſpicies ſcopulis hærere ſorores
Et canere antiqui dulcia furta iouis:
Vt ſemele eſt combuſtus:ut eſt deperditus io
Deniq; ut ad troiæ tecta uolaret auis:
Quod ſi nemo extat qui uicerit alitis arma
Communis culpæ cur reus unus agor?
Nec tu uirginibus reuerentia moueris ora:
Hic quoq; non neſcit quid ſit amare chorus:
Si tamen œagri quædam compreſſa figura
Biſtoniis olim rupibus accubuit:
Hic ubi me prima ſtatuent in parte choreæ
Et medius docta cuſpide bacchus erit:
Tum capiti ſacros patiar pendere corymbos
Nam ſine te noſtrum non ualet ingenium.

Ad Cynthiam.

Væris cur ueniã tibi tardior:aurea phœbi
Porticus a magno cæſare operta fuit:
Tanta erat in ſpeciem pœnis digeſta columnis
Inter quas danai fœmina turba ſenis:
Hic equidem phœbo uiſus mihi pulchrior ipſo
Marmoreus tacita crimen hiare lyra:
Atq; aram circum ſteterantq; armenta myronis
Quatuor artificis uiuida ſigna boues:
Tum medium claro ſurgebat marmore templũ
Et patria phœbo carius ortygia:
Et quo ſolis erat ſupra faſtigia currus
Et ualuæ libyci nobile dentis opus:
Altera deiectos parnaſi uertice gallos
Altera mœrebat funera tantalidos:
Deinde inter matrem deus ipſe interq; ſororẽm
Phythius in longa carmina ueſte ſonat:
Qui uidet is peccat:qui non te uiderit ergo
Non cupiet:facti carmina lumen habet:
Nam quid perноſti dubias o cynthia ſortes?
Quid petis ææi mœnia thelogoni?
Cur uatem herculeum deportant eſſeda tybur?
Appia cur totiens te tua dicit anum?

Hoc utinam ſpatiere loco : quocũque uacabis
Cynthia : ſed tibi me credere turba uetat :
Cum uidet acceſis deuotam currere tedis
In nemus : & triuiæ lumina ferre deæ
Scilicet umbroſis ſordet pompeia columnis
Porticus auleis nobilis attalicis :
Et creber pariter platanis urgentibus ordo
Flumina ſopito quæq; marone cadunt :
Et leuiter nymphis tota crepitantibus urbe
Cum ſubito triton ore recondit aquam :
Falleris : iſta tui furtum uia monſtrat amoris
Non urbem demens : lumina noſtra fugis :
Nil agis : inſidias in me componis inanes
Tendis iners docto retia nota mihi :
Sed de me minus eſt : famæ iactura pudicæ
Tanta tibi miſeræ quãta mereris erit :
Nuper enim de te noſtras me lædit ad aures
Rumor : & in tota non bonus urbe fuit :
Sed tu non debes inimicæ credere linguæ
Semper formoſis fabula pœna fuit :
Non tua deprenſo damnata eſt fama ueneno
Teſtis eris puras phœbe uidere manus :
Sin autem longo nox una aut altera luſu
Conſumpta eſt : non me crimina parua mouent
Tyndaris externo patriam mutauit amore
Et ſine decreto eſt uiua reducta domum :
Ipſa uenus q̃uis corrupta libidine martis
Nec minus in cælo ſemper honeſta fuit :
Quãuis ida parim paſtorem dicat amaſſe
Atq; inter pecudes accubuiſſe deam :
Hoc & hamadryadum ſpectabit turba ſororum
Sileniq; ſenis : & pater ipſe tori :
Cum quibus idæo legiſti poma ſub antro
Suppoſita excipiens naica dona manu :
An quiſq̃ in tãto ſtuporum ex agmine quærit
Cur hæc tam diues : quis dedit : unde dedit :
O nimium noſtro felicem tempore romam
Si contra mores una puella facit :
Hæc eadem ante illam impune & leſbia fæcit
Quæ ſequitur certe eſt inuidioſa minus :
Qui quærit tacios ueteres : duroſq; ſabinos
Hic poſuit noſtra nuper in urbe pedem :

polyphemi & illũ ſopiuit propinatis a
liquot ex eo calicibus : nã ita ille eſt ca /
ptus ſuanitate ii ut dicat apud hõerũ
ap̃ nos uinũ quidẽ naſcit᷑ : ſed tuũ iſtud
ulyſſes ãbroſię & nectaris ẽ riuulus pr
oide iteꝝ mihi propina . uicies tãtũ ad /
dito aquę miſcebat᷑ ut homerus cecit
& repetitũ eſt a plinio . Aut quid critei .
eſt ne de homero intelligendũ ? q męo
nis filius fuit & criteis : nã quod ſequit᷑
de bello thebão ad hõmerũ cõmodiſ /
ſime refert᷑ : Ille . n . ut herodotus tradit
ſcripſit etiã expeditionẽ amphiarai ad
thebas quod tichio cerdoni recitauit .
an critei nomẽ ẽ alterius poetę ? Quid
proſunt : ante plus in amore ualet mi /
mnerni uerſus hõero philetas cous po
eta elegiaꝝ ſcriptor & critius ãtiquoꝝ
Arion adraſti : lege de arione equo q̃
dictauimus in prmã ſiluã . uocalis : cele
bratus uel ad arionẽ cytharoedũ allu
dit . Cothurno ęſchileo . i . tragica ma /
gnitudine : nam ęſchilus ĩter tragicos
ſublimis & grãdiloquus fuit uſq; ad ui
tiũ ut ſcribit fabius . antimacho . ãtima
chitre fuerũt prius colophõius hippar
chi filius grãmaticus & poeta quẽ qui
dã ſcripſerũt panaſidis poetę ſeruum
fuiſſe ſed fuit tãtũ eius auditor & Ste /
ſimbroti . ſecũdus ęgyptius ex heliopo
li urbe qui de ſitu orbis ſcripſit : qui pri
mus ſtatuit ne quis propria appellatio
ne in comoedia nominaret᷑ at unus ex
his tẽporibus platõis floruit : Requie /
ſcat : deſiſtat a cãtilena dũ cũ thyrſide
certaret . i . quãuis iure uicatur a thyr /
ſide : tamen poeta ut ſe iactaret puero
declarat ſe uictorem . Anſer poeta
procax fuit . & laſciuo carmine nobilis
ouidius . Cinna quoq; iis comes eſt : cin
naq; procacior ãſer . Cũ ergo illud ſit
i prouerbio ꝗ ãſer ſtrepit iter olores :
alludẽs propertius ad nomẽ ãſeris ait
olorẽ i carmie docto ceſſiſſe ãſeri . uar
ro : lege q̃ de narrone ſcripſimus in gẽ
thliacõ lucani in ſyluis . Caluus : hic po
eta exili carmie & tenui qntiliã amicã
defleuit . Oui . Par fuit exigui ſimiliſq;
licẽtia ca lui : Detexit uariis q ſua furta
mõis . Gallus . Cornelius gallus poeta
forouliẽſis ex ĩſima ↄditiõe ad p̃fectu
rã uſq; ęgypti euectus ẽ ab auguſto : ab
eodẽ interdictus domo & prouiciis cõ
pulſus ẽ ad necẽ ut ait trãqllus . i . ſe in /
terfecit ut iterpretatur Euſebius : iratus
ẽ . n . ipator ut trãqllus ſcribit ob illius

igratū maliuolūq; āimū.ut uero ſenti/
re uidet ouidius ob illius in ſe maledi/
cētiā.Non fuit opprobro celebraſſe li
coryda gallo Sed liguā nimio nō tenu
iſſe mero.imitatus ē euphorionē colo
re & genere ſcribēdi:ut ait probus.ly/
coriden amicā habuit:ut cecinit etiam
uirgilius.Mō tēporibus meis paulo ān
Multa uulnera q̄ ſibi intulit:quaſi di/
cat:nōne gallus q paulo āte ſe interſe/
cit celebaruit lycoridē?

Tu prius & fluctus poteris ſiccare marinos
Altaq; mortali deligere aſtra manu:
Quam facere ut noſtræ nolint peccare puellæ
Is mos ſaturno regna tenente fuit:
Et cum deucalionis aquæ fluxere per orbem
Et poſt antiquas deucalionis aquas:
Dic mihi quis potuit lectum ſeruare pudicum?
Quæ dea cum ſolo uiuere ſola deo?
Vxorem quondam magni minois ut aiunt
Corrupit torui candida forma bouis:
Nec minus errato danae circundata muro
Non potuit magno caſta negare ioui:
Quod ſi tu graias tuq; es imitata latinas
Semper uiue meo libera iudicio.

Ad Cynthiam.

Riſtia iā redeunt iterum ſollennia nobis
Cynthia iam noctes eſt operata decem:
Atq; utinam nilo pereat quæ ſacra repente
Miſit matronis inachis auſoniis:
Quæ dea tam cupidos totiens diuiſit amantes
Quæcunq; illa fuit: ſemper amara fuit:
Tu certe iouis occultis in amoribus io
Senſiſti multas quid ſit inire uias:
Cum te iuſſit habere puellam cornua iuno
Et pecoris duro perdere uerba ſono:
Ah quotiens quernis læſiſti frondibus ora
Manſiſti ſtabulis abdita paſta tuis:
An quoniam agreſtem detraxit ab ore figuram
Iuppiter iccirco facta ſuperba dea es?
An tibi non ſatis eſt fuſis ægyptus alumnis
Cur tibi tam longa roma petita uia eſt?
Quid ue tibi prodeſt uiduas dormire puellas?
Sed tibi crede mihi cornua rurſus erunt:
Aut nos e noſtra te ſæua fugabimus urbe
Cum tyberi nilo gratia nulla fuit:
Aut tu quæ noſtro nimium placata dolore es
Noctibus his uacui ter faciamus iter:
Non audis & uerba ſinis mea ludere: cum iam
Flectant icarii ſydera tarda boues:
Lenta bibis mediæ nequeunt te frangere noctes
At nondum eſt talos mittere laſſa manus?
Ah pereat quæcunq; meracas repperit uuas

Corrupitq; bona nectare primus aquas:
I care cecropiis merito iugulate colonis
Pampineus noſti q̃ ſit amarus odor:
Tu quoq; o eurytio uino centaure periſti
Nec non hiſmario tu polypheme mero:
Vino forma perit: uino corrumpitur ætas:
Vino ſæpe ſuum neſcit amica uirum:
Me miſerum: ut multo nihil es mutata lyæo
Iam bibe: formoſa es: nil tibi uina nocent:
Cum tua præpendent demiſſa in pocula ſerta
Et mea delicta carmine uoce legis:
Largius effuſo madeat tibi menſa phalerno
Spumet & aurato mollius in calice:
Nulla tamen lecto recipit ſe ſola libenter
Eſt quiddam: quod uos quærere cogat amor:
Semper in abſentis felicior æſtus amantes
Eleuat aſſiduos copia longa uiros:
Cur quiſq̃ faciem dominæ iam credit amori?
Sic erepta mihi pene puella mea eſt:
Expertus dico: nemo eſt in amore fidelis
Formoſam raro non ſibi quiſq; petit.
Polluit ille deus cognatos: ſoluit amicos
Et bene concordes triſtia ad arma uocat:
Hoſpes in hoſpitium menelao uenit adulter
Colchis & ignotum non ne ſecuta uirum eſt?
Lynceu tu ne meam potuiſti tangere curam?
Perfide non ne tuæ tum cecidere manus?
Quid ſi non conſtans illa & tam certa fuiſſet
Poſſet & in tanto uiuere flagitio?
Tu mihi uel ferro pectus uel perde ueneno
A domina tantum te modo tolle mea:
Te ſocium uitæ: te corporis eſſe licebit:
Te dominum admitto rebus amice meis:
Lecto te ſolum: lecto te deprecor uno
Riualem poſſum non ego ferre iouem:
Ipſe meas ſolus quod nil eſt æmulor umbras
Stultus quod ſtulto ſæpe timore tremo:
Vna tamen cauſa eſt qua crimina tanta remitto
Errabant multo quod tua uerba mero:
Sed nunq̃ uitæ me fallet ruga ſeueræ
Omnes iam norunt q̃ ſit amare bonum:
Lynceus ipſe meus ſeros inſanit amores

Solum te noſtros lætor adire deos:
Quid tua ſocraticis tibi nunc ſapientia libris
Proderit: aut rerum dicere poſſe uias?
Aut quid cretei tibi proſunt carmina lecta?
Nil iuuat in magno ueſter amore ſenex:
Tu ſatius memorem muſis imitere philetam
Et non inflati ſomnia callimachi:
Nam rurſus licet ætoli referas acheloi
Fluxerit ut magno factus amore liquor:
Atq; etiam ut phrygio fallax mæandria campo
Errat: & ipſa ſuas decipit unda uias:
Qualis & adraſti fuerit uocalis arion:
Triſtis & archemori funera uictor equis:
Non amphiareæ proſunt tibi facta quadrigæ
Aut capanei grata ruina ioui:
Deſine & æſchyleo componere uerba cothurno:
Deſine: & ad molles membra reſolue toros:
Incipe iam anguſto uerſus includere torno:
Inq; tuos ignes dure poeta ueni:
Tu non anthimacho: non tutior ibis homero
Deſpicit & magnos recta puella deos:
Sed non ante grauis taurus ſuccumbit aratro
Cornua q̃ ualidis læſerit in laqueis:
Nec tu tam duros parce patieris amores
Trux tamen a nobis ante domandus eris:
Harum nulla ſolet rationem quærere mundi:
Nec cur fraternis luna laboret equis:
Nec ſi poſt ſtygias aliquid reſtauerit undas
Nec ſi conſulto flumina miſſa tonent:
Aſpice me cui parua domi fortuna relicta eſt
Nullus & antiquo marte triumphus aui:
Ut regimen mixtas inter cõuiua puellas
Hoc ego quod tibi nunc eleuor ingenio:
Me iuuet æternis poſitum languere corollis
Quem tetigit iactu certus ad oſſa deus:
Actia uirgilio cuſtodis littora phœbi
Cæſaris & fortes dicere poſſe rates:
Qui nunc in æneæ troiani ſuſcitat arma
Iactaq; lauinis mœnia littoribus:
Cedite romani ſcriptores cedite grai
Neſcio quid maius naſcitur illiade:
Tu canis umbroſi ſubter pineta galeſi

Tyrſin: & attritis daphnin arundinibus:
Vtq; decem poſſint corrumpere mala puellas
Miſſus & impreſſis hædus ab uberibus:
Felix qui uiles pomis mercaris amores
Huic licet ingrate tityrus ipſe canat:
Felix intactum coridon qui tentat alexim
Agricolæ domini carpere delicias:
Quamuis ille ſuas laſſus requieſcat auena
Laudatur facilis inter amadyradas.
Tu canis aſcræi ueteris præcepta poetæ
Quo ſeges in campo quo uiret uua iugo:
Tale facis carmen docta teſtudine quale
Cynthius impoſitis temperat articulis:
Non tamen hæc ulli uenient ingrata legenti
Siue in amore rudis: ſiue peritus erit:
Nec minor his animis: aut ſi minor ore canorus
Anſeris indocto carmine ceſſit olor:
Hæc quoq; perfecto ludebat iaſone uarro
Varro laochadiæ maxima flamma ſuæ:
Hæc quoq; laſciui cantarunt ſcripta catulli
Leſbia: quis ipſa notior eſt helena:
Hæc etiam docto confeſſa eſt pagina calui.
Cum caneret miſeræ funera quintiliæ:
Et modo formoſa q̃ multa lycoride gallus
Mortuus inferna uulnera lauit aqua:
Cynthia quin etiam uerſu laudata properti
Hos inter ſi me ponere fama uolet.

Propertii Aurelii Nautæ: Liber. iii.

Allimachi manes: & choi ſacra philetæ
In ueſtrum quæſo me ſinite ire nemus:
Prius ego ĩgredior puro đ fõte ſacerdos
Itala per graios orgia ferre choros:
Dicite quo pariter carmen tenuiſtis in antro:
Quoue pede ingreſſi: quãue bibiſtis aquam
Ah ualeat phœbum quicunq; moratur ĩ armis
Exactus tenui pumice uerſus eat:
Quo me fama leuat terra ſublimis: & a me
Nata coronatis muſa triumphat equis:
Et mecum in curru parui uectantur amores
Scriptorumq; meas turba ſecuta rotas:

Mollia pegaſides. pegaſides muſę dictę ſunt a πηγη quod ſignificat fontem: nā hippocrenē & alios parnaſi ſacros fontes habēt: & ab ouidio oenone pegaſis dicit᷑: nō ꝙ muſa eēt: ſed ꝙ nympha & nais: ut ipſa quoq; ait. Edita de magno fluie nympha fui. & pegaſus equus dictus ꝙ iuxta fontes oceani: ut ait heſiodus natus ſit ipē & chryſaor exciſo capite meduſę: plinius in ęthiopia tradit naſci equos alatos & armatos cornibus: quos pegaſos appellant. Aratus uero ſcribit eū neptuni et meduſę gorgonis filiū fuiſſe. Euſebius hunc equū cuiuſdā mulieris fuiſſe tradit. palephatus (ut idem eſt auctor) tradit eū fuiſſe pſei equum.

Troia bis capta nuie oethęi dei. bis numine herculis troia capta eſt: nā & ipſe ſex nauibus eā cępit (ut eſt apud homerū: & diodorus refert: quod in ſyluis ſcripſimus) & eo relato i cęlū ſagittas quas reliquerat philoctetę ſine quibus capi nō poſſe reſponſū fuerat.

Quid fruſtra miſſis in me certatis habenis?
Non datur ad muſas currere lata uia:
Multi roma tuas laudes annalibus addent
Qui finem imperii bactra futura canent
Sed quod pace legas opus hoc de monte ſororum
Detulit intacta pagina noſtra uia:
Mollia pegaſides date ueſtro ſerta poetæ
Non faciet capiti dura corona meo:
At mihi quod uiuo detraxerit inuida turba
Poſt obitum duplici fœnore reddet onus:
Omnia poſt obitum fingit maiora uetuſtas
Maius ab exequiis nomen in ora uenit:
Nam quis equo pulſas ab regno noſceret artes
Fluminaq; æmonio cōminus iſſe uiro?
Idæum ſimoenta iouis cunabula parui
Hectora p campos ter maculaſſe rotas?
Deiphobum: helenūq; & polydamātes in armis
Qualēcūq; parin uix ſua noſcet humus:
Exiguo ſermone fores nunc ilion: & tu
Troia bis œtæi numine capta dei:
Nec non ille tui caſus memorator homerus
Poſteritate ſuum creſcere ſenſit opus:
Meq; inter ſeros laudauit roma nepotes
Illum poſt cineres auguror eſſe diem:
Ne mea contempto lapis indicet oſſa ſepulchro
Prouiſum eſt lytio uota probante deo.

## Ad Librum ſecundum.

c Arminis interea noſtri redeamus in orbē
Gaudeat inſolito tacta puella ſono:
Orphea te tenuiſſe feras & cōcita dicunt
Flumina treitia ſuſtinuiſſe lyra:
Saxa cythæronis thebas agitata per artem
Sponte ſua in muri mēbra coiſſe ferunt:
Quin etiam polypheme fera galathea ſub ætna
At tua rorantes carmina flexit equos:
Miremur nobis & baccho & apolline dextro:
Turba puellarum ſi mea uerba colit:
Quod nō tænariis domus eſt mihi fulta colūnis
Nec camera auratas inter eburna trabes:
Nec mea phæacias æquant pomaria ſiluas:
Non operoſa rigat martius antra liquor:
At muſæ comites & carmina cara legenti

Et deceſſa choris calliopea meis :
Fortunata meo ſi qua ē celebrata libello
Carmina erunt formæ tot monimenta tuæ :
Nam neq; pyramidum ſumptus ad ſydera ducti
Nec iouis elæi cælum imitata domus :
Nec mauſolei diues fortuna ſepulchri
Mortis ab extrema conditione uacat :
Aut illis flamma aut imber ſubducet honores:
Annorum aut ictu pondera uicta ruent :
At non ingenio quæſitum nomen ab æuo
Excidet ingenio ſtat ſine morte decuſ.

Tertium ſomnium Propertii.

u Iſus erã molli recubãs heliconis in umbra
Bellerophontei qua fluit humor equi :
Reges alba tuos: & regum facta tuorum
Tantum operis neruis hiſcere poſſe meis:
Paruaq; tam magnis admoram fontibus ora
Vnde pater ſitiens enniuſ ante bibit :
Et cecinit curios fratres & oratia pila
Regiaq; æmilia uecta trophea rate:
Victriceſq; moras fabii: pugnamq; ſiniſtram
Cannenſem: & uerſos ad pia uota deos:
Hannibalemq; lares romana ſede fugantes
Anſeris & tutum uoce fuiſſe iouem :
Cum me caſtalia ſpeculans ex arbore phœbus
Sic ait aurata nixus ad antra lyra :
Quid tibi cum tali demens eſt flumine? quis ue
Carminis heroi tangere iuſſit opus?
Non hic ulla tibi ſperanda eſt fama properti :
Mollia ſunt paruis prata terenda rotis:
Vt tuus in ſcamno iactetur ſæpe libellus
Quem legat expectans ſola puella uirum :
Cur tua præſcripto ſeuecta eſt pagina gyro ?
Non eſt ingenii cymba grauanda tui.
Alter remus aquas: alter tibi radat arenas
Tutus eris medio maxima turba mari eſt.
Dixerat & plectro ſedem mihi monſtrat eburno
Qua noua muſcoſo ſemita facta ſole eſt:
Hic erat affixis uiridis ſpelunca lapillis :
Pendebantq; cauis tympana pumicibus :
Ergo muſarum: & ſileni patris imago
Fictilis: & talami pane tegææ tui.

Et ueneris dominæ uolucres mea turbe colũbæ
Tingunt gorgonio punica roſtra lacu:
Diuerſæq; nouem ſortitæ turba puellæ
Exercent teneras in ſua dona manus:
Hæc hederas legit. in tyrſos hæc carmina neruis
Aptat & illa manu texit utraq; roſam.
E quarum numero me contigit una dearum
Vt reor a facie calliopeia fuit.
Contentus niueis ſemper uectabere cygnis
Nec te fortis equi ducet ad arma ſonus:
Nil tibi ſit rauco præconia claſſica cornu
Flere: nec aonium cingere marte nemus:
Aut quibus in campis mariano prælia ſigno
Stent: & theuthonicas roma refringat opes.
Barbarus aut ſæuo ꝑfuſus ſanguine rhenus
Saucia mærenti corpora uectet aqua.
Quippe coronatos alienum ad limen amantes
Nocturnæq; canes ebria ſigna fugæ.
Vt ꝑ te clauſas ſciat excantare puellas
Qui uolet auſteros arte ferire uiros:
Talia calliope lymphiſq; a fonte petitis
Ora phylitea noſtra rigauit aqua.

Deſcriptio triumphi.

a Rma deus cæſar dites meditatur ad indos
Et freta gemmiferi findere claſſe maris.
Magna uiri merces parat ultima terra triũphos:
Tygris: & eufrates ſub tua iura fluent.
Sera ſed auſoniis ueniet prouintia uirgis
Aſſueſcent latio parta trophea ioui:
Ite agite exptæ bello date lintea proræ
Et ſolitum armigeri ducite munus equi:
Omnia fauſte cano craſſos cladeſq; piate
Ite & romanæ conſulite hiſtoriæ:
Mars pater & ſacræ fatalia limina ueſtæ
Ante meos obitus ſit precor illa dies:
Qua uideam ſpoliis oneratos cæſaris axes
Ad uulgi plauſus ſæpe reſiſtere equos:
Inq; ſinu caræ nixus ſpectare puellæ
Incipiam & titulis oppida capta legam:
Tela fugacis equi & brachati militis arcus
Et ſubter captos arma ſedere duces:
Ipſa tuam prolem ſerua uenus: hoc ſit ĩ æuum

Brachati militis. brachas ueſtes ẽe: ut in iuuenalem diximus: docet diodorus intonſas & coloris uarii.

Rota ſtaminea rhumbi. de rhumbo iſtrumento magico antea diximus.

Aut chio thalamo. puto legendũ aut thio thalamo. nam thia quę ab aliis trogete dicitur inter arbores odoratas ab homero numerat̃: nã in quito odyſſeę in deliciis calypſus uri tradit cedrũ laricẽ & thiam. Theophraſtus magnũ huic arbori honorẽ tribuit referẽs cõtignationes ueterꝫ tẽplorũ ex ea. ex radice (qua nihil criſpius ẽ) opa fiebãt uaria & multa & menſę: in quibus tamẽ nulla uetuſtior memoratus ciceroniana.

Terebintho. terebinthus ex ſyria eſt arbor: ex his maſcula ſine fructu foeminarũ duo genera: alteri fructus rubet lẽtis magnitudine: alteri pallidus materia & admodũ lẽta: & fidelis ad uetuſtatẽ: propterea cõiunxit propertius terebinthũ cũ thia & ipſa qua odorata eſt & diu durat: in macedonia breuis ẽ & fruticoſa: tamẽ inde epitheton ſortita ẽ & apud uirgiliũ & apud hunc ut orithia dicatur ab oritho urbe Macedonię.

Cernis ab ænea quod ſupereſſe caput:
Præda ſit hæc illis quorum meruere labores
Mi ſat erit media plaudere poſſe uia.

Ad Amicam iratam.

Acis amor deus ē pacē ueneramur amātes:
Stant mihi cum domina prælia dura mea:
Nec tamen inuiſo pectus mihi carpitur auro
Nec bibit e gemma diuite noſtra ſitis.
Nec mihi mille iugis campania pinguis aratur
Nec miſer ire paro claſſe corynthe tua:
O prima infelix fingenti terra prometheo
Ille parum cauti pectoris ægit opus:
Corpora diſponens mentem non uidit in arte
Recta animi primum debuit eſſe uia!:
Nunc maris intātum uento iactamur: & hoſtem
Quærimus: atq; armis nectimus arma noua:
Haud ullas portabis opes acherontis ad undas
Nudus ad infernas ſtulte uehere rates:
Victor cum uictis pariter miſcebitur umbris
Conſule cum mario capte iugurta ſedes:
Lydus dulichio non diſtat croeſus ab hyrro
Optima mors parca quæ uenit apta die.
Me iuuat in prima coluiſſe helicona iuuenta
Muſarumq; choris implicuiſſe manus
Me iuuat & multo mentem uincire lyæo
Et caput in uerna ſemper habere roſa:
Atq; ubi iam uenerem grauis interceperit ætas
Sparſit & integras alba ſenecta comas
Tum mihi naturæ libeat perdiſcere mores
Quis deus hanc mundi temperet arte domum
Qua uenit exoriens qua deficit: unde coactis
Cornibus in plenum menſtrua luna redit.
Vnde ſalo ſuperant uenti: quid flamine captet
Eurus: & in nubes unde pennis aqua:
Si uentura dies mundi quæ ſubruat arces:
Purpureus pluuias cur bibit arcus aquas.
Aut cur perrhebi tremuere cacumina pindi:
Solis & atratis luxerit orbis equis?
Cur ſerus uerſare boues & plauſtra bootes?
Pleiadum ſpiſſo cur coit igne chorus?
Curue ſuos fines altum non exeat æquor:
Plenus & in partes quattuor annus eat?

Pindi Perrhebi. ideſt Theſſali: nam theſſalia perrhebia quoq; dicta eſt. ut ſcribit Strabo.

Sub terris ſint iura deum: & tormenta gigãtum
  Thiſiphones atro ſi furit angue caput.
Aut almeoniæ furiæ: aut ieiunia phinei
  Num rota: num ſcopuli: num ſitis inter aquas?
Num tribus infernum cuſtodit faucibus antrum
  Cerberus &: tityo iugera pauca nouem?
An ficta in miſeras deſcendit fabula gentes
  Et timor aut ultra quam rogus eſſe poteſt?
Exitus hic uitæ ſupereſt mihi: uos quibus arma
  Grata magis craſſi ſigna referte domum.

Ad Lygdamum.

Ic mihi de noſtra: quæ ſentis uera puella
  Sic tibi ſint dominæ lygdame dempta iuga
Dum me lætìcia tumefactum fallis inani
  Hæc referens quæ me credere uelle putas:
Omnis enim debet ſine uanis eſſe relator
  Maioremq; timẽs ſeruus habere fidem:
Nũc mihi ſi qua tenes: ab orgine dicere prima
  Incipe: ſuſpenſis auribus iſta bibam.
Sicut eam ĩcõptis uidiſti flere capillis
  Illius ex oculis multa cadebat aqua.
Nec ſpeculum ſtrato uidiſti lygdame lecto
  Ornabat niueas nullaue gemma manus:
Ac mœſtã teneris ueſtem pendere lacertis.
  Scriniaq; ad lecti clauſa iacere pedes:
Triſtis erat domus: & triſtes ſua pẽſa miniſtræ
  Carpebãt: medio nebat & ipſa loco:
Humidaq; impreſſa ſiccabat lumina lana:
  Rettulit: & querulo iurgia noſtra ſono:
Næc te teſte mihi ꝓmiſſa eſt lygdame merces:
  Eſt pœnæ ſeruo rumpere teſte fidem.
Illa poteſt nullo miſerũ me linquere facto
  Aequalem nulla di ere habere domo:
Gaudet me uacuo ſolum tabeſcere lecto
  Si placet inſultet lygdame morte mea:
Non me moribus illa: ſed herbis improba uicit:
  Staminea rumpi ducitur ille rota:
Illum turgentis ranæ portenta rubetæ:
  Et lecta ex ſectis anguibus oſſa trahunt:
Et ſtygis inuentæ per buſta iacentia plumæ
  Cinctaq; funeſto lanea uitta uiro:
Si non uana canunt mea ſomnia lygdame teſtor

Pœna erit ante meos ſera: ſed ampla pedes:
Putris & in uacuo texetur aranea lecto
Noctibus illorum dormiet ipſa uenus:
Quæ tibi ſi ueris animis eſt queſta puella
Hæc eadem rurſus lygdame curre uia:
Et mea cum multis lachrymis mandata reporta
Iram non fraudes eſſe in amore meo:
Me quo cum ſimili impoſitum torquerier igni
Iurabor bis ſex integer eſſe dies:
Quod mihi ſi tanto fœlix concordia bello
Extiterit per me lygdame liber eris:

De morte peti: & malis auaritiæ:

Rgo ſolicitæ tu cauſa pecunia uitæ es?
Per te immaturum mortis adimus iter:
Tu uitiis hominum crudelia pabula prabes:
Semina curarum de capite orta tuo:
Tu petum ad pharios tendentem lintea portus
Obruis inſano terq; quaterq; mari.
Nam dum te ſequitur primo miſer excidit æuo
Et noua longinquis piſcibus eſca natat:
Et mater non iuſta pia dare debita terræ
Nec pote cognatos inter humare rogos:
Sed tua nunc uolucres adſtant ſuper oſſa marinæ
Nunc tibi pro tumulo carpathium omne mare
Infelix aquilo raptæ timor orithiyæ
Quæ ſpolia ex illo tanta fuere tibi?
Aut quidnam fracta gaudes neptune carina?
Portabit ſanctos alueus ille uiros:
Pete quid ætatem numeras quid cara natanti
Mater in ora tibi eſt? non habet unda deos:
Nam tibi nocturnis ad ſaxa ligata procellis
Omnia de trito uincula fune cadunt:
Sunt agamemnonias teſtantia littora curas
Qua notat argiuum pœna minantis aquæ.
Hoc iuuene amiſſo claſſem non ſoluit atrides
Pro qua mactata eſt iphigenia mora.
Reddite corpus humo: poſitaq; in gurgite uita
Petum ſponte tua uilis arena tegas:
Et quotiens peti tranſibit nauta ſepulchrum
Dicat: & audaci tu timor eſſe potes:
Ite rates curuæ & lœti quoq; texite cauſas
Iſta per humanas mors uenit acta manus:

Terra parum fuerat fatis adiecimus undas:
Fortunæ miſeras auximus arte uias.
Anchora te teneat quem non tenuere penates
Quid meritum dicas cui ſua terra parum eſt?
Ventorum eſt quodcunq; paras: haud ulla carina
Conſenuit fallit portus & ipſe fidem.
Natura inſidians pontum ſubſtrauit auaris
Vt tibi ſuccedat uix ſemel eſſe poteſt:
Saxa triumphaleſ fregere capharea puppes
Naufraga cum uaſto græcia tracta ſalo eſt:
Paulatim ſotium iacturam flebat ulyſſes
In mare cui ſoli non ualuere doli:
Quod ſi contentus patrio boue uerteret agros
Verbaq; duxiſſet pondus habere mea.
Viueret ante ſuos dulcis conuiua penates
Pauper at interea nil niſi flere poteſt.
Non tulit hic petus ſtridorem audire procellæ
Er duro teneras lædere ſune manus:
Sed chio thalamo aut orythya terebintho
Et fultum pluma uerſicolore caput:
Huic fluctus uiuo radicitus abſtulit ungues
Et miſer inuiſam traxit hiatus aquam:
Hunc paruo ferri uidit nox improba ligno
Petus ut occideret tot coiere mala:
Flens tamen extremis dedit hæc mādata querelis
Cum moribunda niger clauderet ora liquor.
Dii maris ægei quos ſunt penes æquora uenti
Et quæcunq; meum degrauat unda caput:
Quo rapitis miſeros primæ lanuginis annos
Attulimus longas in freta uaſta manus:
Ah miſer alcinoum ſcopulis affligar acutis
In me cæruleo fuſcina ſumpta deo eſt:
At ſaltem italiæ regionibus euehat æſtuſ
Hoc de me ſat erit ſi modo matris erit.
Subtrahit hæc fantem torta uertigine fluctus
Vltima quæ peto noxq; dieſq; fuit:
O centum æquoreæ nereo genitore puellæ
Et tu materno tacta dolore thetys:
Vos decuit laſſo ſupponere brachia mento
Non poterat ueſtras ille grauare manus.
At tu ſæue aquilo nunq̄ mea uela uidebis:
Ante fores dominæ condar oportet iners.

## Ad Cynthiam.

d Vlcis ad externas fuerat mihi rixa lucernas
Vocis & inſanæ tot maledicta tuæ:
Cur furibunda mero menſam propellis & in me
Proiicis inſana cymbia plena manu?
Tu uero noſtros audax inuade capillos
Et me formoſis unguibus ora nota:
Tu mutare oculos ſubiecta exurere flamma
Fac mea reſciſſo pectore nuda ſinu:
Ni mirum ueri dantur mihi ſigna coloris:
Nam ſine amore graui fœmina nulla dolet:
Quæ mulier grauida iactat conuitia lingua:
Et ueneris magnæ uoluitur ante pedes:
Cuſtodum gregibus circa ſe ſtipat euntem.
Seu ſequitur medias mœnas ut acta uias:
Seu timidam crebro dementia ſomnia terrent
Seu miſeram in tabula picta puella mouet:
His ego tormentis animi ſum uerus aruſpex
Nam didici certo ſæpe in amore notas:
Non eſt certa fides quam non iniuriria uerſat
Hoſtibus eueniat lenta puella meis:
In morſo æquales uideant mea uulnera collo
Me doceat liuor mecum habuiſſe meam:
Aut in amore dolere uolo aut audire dolentem
Siue meas lachrymas ſiue uidere tuas:
Tecta ſuperciliis ſi quãdo uerba remittis
At tua cum digytis ſcripta ſilenda notas:
Odi ego quæ nunq̃ pungunt ſuſpiria ſomnos
Semper in iratam pallidus eſſe uelim:
Dulcior ignis erat paridi cum grata ꝑ arma
Tyndaridi poterat gaudia ferre ſuæ:
Dum uincunt danai dum reſtat barbarus hector
Ille helenæ in gremio maxima bella gerit:
Aut tecum aut pro te mihi cum riualibus arma
Semper erunt: in te pax mihi nulla placet:
Gaude quod nulla eſt æque formoſa: doleres
Si qua foret: nunc ſis iure ſuperba licet:
At tibi qui noſtro tendiſti retia lecto
Sit ſocer æternum nec ſine matre domus:
Cui nunc ſi qua data eſt furandæ copia noctis
Offenſam illa mihi non tibi amica dedit:

## Ad Mecœnatem.

Ecœnas eques hetruſco de ſāguine regū
Intra fortunam qui cupis eſſe tuam.
Quid me ſcribendi tā uaſtū mittis in æquor?
Non ſunt apta meæ grandia uela rati:
Turpe quod eſt nequeas capiti cōmitere pōdus
Et preſſum in flexo mox dare terga genu.
Omnia non pariter rerum ſunt omnibus apta
Flamma nec ex æquo ducitur illa rogo:
Gloria lyſippo eſt animoſa fingere ſigna
Exactis calamus ſe mihi iactat equis:
In ueneris tabula ſummā ſibi ponit apelles
Parrhaſius parua uindicat arte locum:
Argumenta magis ſunt mentoris addita formæ
Ad myros exiguum flectit acanthus iter:
Phidiacus ſigno ſe iuppiter ornat eburno
Praxitelem propria uindicat urbe lapis.
Sunt quibus eleæ concurrit palma quadrigæ
Sunt quibus in celeres gloria nata pedes.
Hic ſatis ad pacem: hic caſtrenſibus utilis armis
Naturæ ſequitur ſemina quiſq; ſuæ:
At tua mœcænas uitæ præcepta recepi
Cogor: & exemplis te ſuperare tuis.
Cum tibi romano dominus in honore ſecurres
Et liceat medio ponere iura foro:
Vel tibi medorum pugnaces ire per hoſtes
Atq; onerare tuam fixa per arma domum:
Et tibi ad effectum uires det cæſar & omni
Tempore tam faciles inſinuentur opes:
Parcis & in tenues humilem te colligis umbras
Velorum plenos ſubtrahis ipſe ſinus:
Crede mihi magnos æquabunt iſta camillos
Iudicia: & uenies tu quoq; in ora uirum:
Cæſaris & famæ ueſtigia iuncta tenebris
Mœcænatis erunt uera trophea fides:
Non ego uelifera tumidum mare findo carina
Tota ſub exiguo flumine noſtra mora eſt.
Mon flebo in cineres arcem ſediſſe paternos
Cadmi: nec ſemper prælia clade pari:
Nec referam ſcæas & pergama apollinis arces
Et danaum decimo uere rediſſe rates:
Mœnia cum graio neptūnia preſſit aratro
Victor palladiæ ligneus artis equus:

Inter calimachi ſat erit placuiſſe libellos
Et ceciniſſe modis dure poeta tuis:
Hæc curant pueros: hæc curant ſcripta puellas:
Meq; deum clament: & mihi ſacra ferant:
Te duce uel iouis arma canam: cæloq; minantem
Cæum: & phlegræis oromodonta iugis:
Celſaq; romanis decerpta palatia tauris
Ordiar & cæſo mœnia firma remo:
Eductosq; pares ſilueſtri ex ubere reges:
Creſcet & ingenium ſub tua iuſſa meum:
Proſequar & currus utroq; ab littore ouantes
Parthorum: aſtutæ tela remiſſa fugæ:
Caſtraq; peluſii romano ſubruta ferro:
Antoniiq; graues in ſua fata manus:
Mollis tu cœptæ fautor cape lora iuuentæ
Dexteraq; in miſſis da mihi ſigna rotis:
Hoc mihi mecœnas laudis concedis: & a te eſt
Quod ferar in partes ipſe fuiſſe tuas.

De Niobe.

Irabar qd nā miſiſſent mane camœnæ
Ante meum ſtantes ſole rubente torum:
Natalis noſtræ ſignum miſerere puellæ:
Et manibus fauſtos ter crepuere ſonos:
Tranſeat hic ſine nube dies: ſtent aere uenti:
Ponat & in ſicco molliter unda minas:
Aſpiciam nullos hodierna luce dolentes,
Et niobe lachrymas ſupprimat ipſe lapis:
Alcyonum poſitis requieſcāt ora querelis
Increpet abſumptum nec ſua mater itym:
Tuq; o cara mihi fælicibus edita pennis
Surge: & poſcentes iuſta precare deos.
Ac primū pura ſomnum tibi diſcute lympha
Et nitidas preſſo pollice finge comas:
Dein qua primum oculos cæpiſti ueſte porperti
Iudue: nec cauum flore relique caput:
Et pete qua polles: ut tibi ſit fama perennis:
Inq; meum ſemper ſtent tua regna caput:
Inde coronatas ubi thure piaueris aras
Lux erit & tota flamma ſecunda domo:
Sit menſæ ratio: mox q; inter pocula currat:
Et crocino nares myrrheus ungat onyx:
Tibia nocturnis ſuccumbat rauca choreis

Et ſine nequitiæ libera uerba tuæ:
Dulciaq; ingratos adimant cõuiuia ſomnos.
Publica uicinæ ꝑſtrepat ara uiæ.
Sit ſors & nobis talorum interprete tactu
Quem grauibus pennis uerberet ille puer:
Cum fuerit multis exacta trientibus hora
Noctis & inſtituet ſacra miniſtra uenus:
Annua ſoluamus thalamo & ſolẽnia noſtro:
Natalisq; tui ſic peragamur iter.

De Imperiis fœminarum:

Vid mirare meam ſi uerſat fœmina uitam
Et trahit addictum ſub ſua iura uirum?
Criminaq; ignaui capitis mihi turpia fingis
Quod nequeã fracto rumpere uincla iugo:
Venturam melius præſagit nauita mortem
Vulneribus didicit miles habere metum:
Iſta ego præterita iactaui uerba iuuenta
Tu nunc exemplo diſce timere meo:
Colchis flagrãtis adamãtina ſub iuga tauros
Aegit: & armigera prælia ſæuit humo.
Cuſtodiſq; feros clauſit ſerpentis hiatus:
Iter ut æſonias aurea lana domos:
Auſa ferox ab equo quondam oppugnare ſagittis
Iniectis danaum pantheſilea rates:
Aurea cui poſtq̃ nudauit caſſida frontem
Vicit uictorem candida forma uirum.
Omphalie in tantum formæ proceſſit honorem
Lydia gygeo tincta puella lacu:
Vt qui pacato ſtatuiſſet in orbe columnas
Tanta dura traheret mollia penſa manu:

De Semirami.

Erſarum ſtatuit babylona ſemiramis urbẽ
Vt ſolidum cocto tolleret aggere opus:
Et duo in aduerſum miſit ꝑ mœnia currus
Nec poſſent tacto ſtringere ab axe latus:
Duxit. & eufratrem medium qua cõdidit arces
Iuſſit & imperio ſurgere bactra caput.
Nam quid ego heroas quid raptẽ ĩ crimine diuos?
Iuppiter infamat ſeq; ſuamq; domum:
Quid modo quæ noſtris opprobria uexerit armis
Et famulos inter fœmina trita ſuos:
Coniugis obſcœni precium romana popoſcit

Mœnia: & addictos in ſua regna patres:
Noxia alexandria dolis aptiſſima tellus
Et totiens noſtro memphi cruenta malo:
Tres ubi pompeia detraxit harena triumphos
Tollet nulla dies hanc tibi roma notam:
Iſſent phlegræo melius tibi funera campo
Vel tua ſi ſocero colla daturus eras:
Scilicet incæſti meretrix regina canopi
Vna philippeio ſanguine aduſta nota:
Auſa ioui noſtro latrantem opponere anubim
Et tiberim nili cogere ferre minas:
Romanamq; tubam crepitanti pellere ſiſtro
Baridos: & contis roſtra liburna ſequi:
Fœdaq; tarpeio canopeia tendere ſaxo
Iura daret ſtatuas inter & arma mari.
Quid nunc tarquinii fractas iuuat eſſe ſecures?
Nomine quem ſimili uita ſuperba notat.
Si mulier patienda fuit: cape roma triumphum:
Et longum auguſto ſalua precare diem:
Fugiſti tamen in timidi uaga flumina nili:
Accepere tuæ romula uincla manus.
Brachia ſpectaui ſacris admorſa colubris
Et trahere occultum membra ſoporis iter.
Non hoc roma fuit tanto tibi ciue uerenda
Dixit: & aſſiduo lingua ſepulta mero:
Septem urbs alta iugis toto quæ præſidet orbi
Fœmineas timuit territa marte minas:
Hannibalis ſpolia: & uicti monumenta ſiphacis
Et pyrrhi ad noſtros gloria fracta pedes:
Curius expletis ſtatuit monumenta lacunis
At decius miſſo prælia rupit equo:
Coclitis abſciſſos teſtatur ſemita pontes:
Et cui cognomen coruus habere dedit:
Hæc dii cõdiderãt hæc dii quoq; mœnia ſeruant
Vix timeat ſaluo cæſare roma iouem:
Nunc ubi ſcipiadæ claſſes? ubi ſigna camilli?
Aut ubi pompeia boſphora capta manu?
Leucadius uerſas acies memorabit apollo
Tantum operis belli ſuſtulit una dies:
At tu ſiue petes portus: ſeu nauita linquens:
Cæſaris in toto ſis memor ionio.

Ad Poſtumum de galla:

Baridos & contis noſtra liburna ſequi. Inuidioſe in cleopatram uerbo quoq; ęgyptio uſus eſt. nam baris lingua ęgyptia cymbam ſignificat quę gręce dicitur. auctor diodorus.

Oſtume plorantem potuiſti liquere gallam
Miles & auguſti fortia ſigno ſequi?
Tanti ne ulla fuit ſpoliati gloria parti
Ne faceres galla multa rogante tua ?
Si fas eſt omnes piter pereatis auari:
Et quiſquis fido prætulit arma toro:
Tu tamen in tecta tectus uerſare lacerna
Potabis galea feſſus araxis aquam.
Illa quidem interea fama tabeſcet inani:
Hæc tua ne uirtus fiet amara tibi ?
Neue tua medæ lætentur cæde ſagittæ:
Ferreus aurato neu cataphrattus equo:
Neu aliquid de te flendum referatur in urna
Si credent illis qui cecidere locis:
Ter quater in caſta felix o poſtume galla:
Moribus his alia cõiuge dignus eras.
Quid faciet nullo munita puella timore:
Cum ſit luxuriæ roma magiſtra tuæ?
Sed ſecurus eas: gallam non munera uincent:
Duriciæq; tuæ non erit illa memor:
Nam quocunq; die ſanum te fata remittent
Pendebit collo galla pudica tuo:
Poſtumus alter erit miranda coniuge ulyſſes
Non illi longæ tot nocuere moræ:
Caſtra decẽ ãnorum. & ciconũ mõs: iſmara calpe
Exuſtæq; tuæ mox polypheme genæ.
Et circe fraudes lotoſq; herbæq; tenaces
Syllaq; & alternas ſcyſſa caribdis aquas:
Lampetiæ ſcythicis uerubus mugiſſe iuuencos
Pauerat hos phœbo filia lampetie:
Et thalamum æææ flentis fugiſſe puellæ
Totq; hyemis noctes totq; uacaſſe dies:
Nigranteſq; domos aĩarum intraſſe ſilentum.
Sirenum ſurdo remige adiſſe lacus:
Et ueteres arcus lecto renouaſſe procorum:
Errorisq; ſui ſic ſtatuiſſe modum:
Nec fruſtra quia caſta domi perſederat uxor:
Vincit penolopes lælia galla fidem.

Lampetię. Hęc omnia ſcripta ſunt ab homero toto Odyſſeę argumẽto in cuius duodecimo in fine ulyxis ſocii edunt boues ſolis qui a lampetia illius filia cuſtodiebantur.
Renouaſſe arcus ueteres. nam domũ reuerſus una cum telemacho ſumptis ſagittis in procos impetum fecit. notũ eſt carmen ex fine odyſſeę hõeri.

De Auaritia: & luxuria matronarum:

Væritis unde auidis nox ſit precioſa puellis
Et uenerem exhauſtæ dãna querãtur opes:
Certa quidem tantis cauſa eſt manifeſta ruinis

Luxuriæ nimium libera facta uia eſt:
Inde cauis aurum mittit formica metallis
Et uenit e rubro concha ericina ſalo:
Et tyros oſtrinos præbet cadmæa colores:
Cynamon & multi paſtor odoris arabs.
Hæc etiam clauſas expugnant arma pudica
Quæq; terunt faſtus icarioti tuos:
Matrona incedit cenſus induta nepotum
Et ſpolia opprobrii noſtra per ora trahit:
Nulla eſt poſcendi nulla eſt reuerentia dandi
Aut ſi qua eſt: precio tollitur ipſa mora:
Felix eois lex funeris una maritis
Quos aurora ſuis rubra colorat equis.
Nãq; ubi mortifero iacta eſt fax ultima lecto
Vxorum fuſis ſtat pia turba comis:
Et certamen habent leti quæ uiua ſequatur
Coniugium pudor eſt non licuiſſe mori:
Ardent uictrices: & flãmæ pectora præbent:
Imponũtq; ſuis ora puſta uitis:
Hic genus ĩfidum nuptarum: hic nulla puella eſt
Nec fida euadne nec pia penolope:
Felix agreſtum quõdam pacata iuuentuſ
Diuitiæ quarum meſſis & arbor erant:
Illis pompa fuit decuſſa cydonia ramo
Et dare puniceis plena caniſtra rubis:
Nunc uiolas tondere manu: nunc mixta referre
Lilia: uirgineos lucida ꝑ calathos:
Et portare ſuis ueſtitas frõdibus uuas
Aut uariam plumæ pluricoloris auem:
His tum blanditiis furtiua ꝑ antra puellæ
Oſcula ſiluicolis empta dedere uiris:
Atq; hynuli pellis totos operibat amantes
Altaq; natiuo creuerat herba toro:
Pinus & incumbens lætas circundabat umbras
Nec fuerat nudas pœna uidere deas:
Corniger: atq; dei uacuam paſtoris in aulam
Dux aries ſaturas ipſe reduxit oues:
Diiq; deæq; omnes quibus eſt tutela per agros
Præbebant ueſtris uerba benigna focis:
Et leporem quicunq; uenis uenaberis hoſpes
Et ſi forte meo tramite quæris auem:
Et me pana tibi comitem de rupe uocato:

Queq; terunt faſtus icariote tuos: Ego puto legendum icarioti: ut ſit caſus uocandi ad penolopen icarioti filiam: & tua inquit pudicitia penolope o mulier pudica opibus expugnatur. Icarus ſiue Icariotus & Tyndarus fratres ex patria electi ab hipoca ad theſtium pleuniorum dominum ſe receperũt: tyndarus accepta uxore theſtii filia lęda domum eſt reuerſus: icarus ſiue icariotus ex polycaſta lygei filia penolopen procreauit & alizeum atq; leucadium: & Ouidius tel[i]m penolopes icariotidem appellat.

Siue petes calamo premia: ſiue cane.
At nunc deſertis ceſſant ſacraria lucis
Aurũ omnes uicta iam pietate colũt.
Auro pulſa fides: auro uenalia iura
Aurum lex ſequitur mox ſine lege pudor:
Torrida ſacrilegum teſtatur lumina brennum
Dum petit intõſi phythia regna dei:
Aut mons laurigero concuſſus uertice duras
Callida parnaſi ſparſit in arma niues:
Et ſcelus accepto thracis polyneſtoris auro
Nutrit in hoſpitio non polydore pio:
Tu quoq; : ut auratos gereres eryphila lacertos
Dilapſis nuſq̃ eſt amphiaraus equis.
Proloquar atq; utinam patriæ ſim uerus aruſpex
Frangitur ipſa ſuis roma ſuperba bonis:
Certa loquor: ſed nulla fides neq; enĩ ilia quõdã
Verax pergameis menas habenda malis.
Sola parim phrygiæ fatum componere: ſola
Fallacem patriæ ſerpere dixit equum:
Ille furor patriæ fuit utilis: ille parenti:
Experta ueros irrita lingua deos.

Ad Spartum.

Vlta tuæ ſparte mirantur iura paleſtræ
Sed mage uirginei tot bona gymnaſii:
Quod non infames exercet corpore laudes
Inter luctantes nuda puella uiros:
Cum pila uelocis fallit per brachia iactus
Increpat & uerſi clauis adunca trochi:
Puluerulentaq; ad extremas ſtat fœmina metas
Et patitur duro uulnera pancratio:
Nunc ligat ad cæſtum gaudentia brachia loris
Miſſile nunc diſci pondus in orbe rotat:
Gyrum pulſat equis: niueum latus enſe reuincit:
Virgineumq; cauo protegit ære caput:
Qualis amazonidum nudatis bellica mammis
Thermodoonteis turba lauatur aquis:
Et modo taygeti crines aſperſa pruina
Sectatur patrios per iuga longa canes:
Qualis & eurotæ pollux & caſtor habenis
Hic uictor pugnis ille futurus equis:
Inter quos helene nudis capere arma papillis
Fertur: nec fratres erubuiſſe deos:

Lex igitur ſpartana uetat ſecedere amantes
Et licet in triuiis ad latus eſſe ſuæ:
Nec timor aut ulla eſt clauſæ tutela puellæ
Nec grauis auſteri pœna cauenda uiri:
Nullo præmiſſo de rebus tute loquaris
Ipſe tuis: longæ nulla repulſa moræ:
Non tyriæ ueſtes errantia lumina fallunt
Eſt neq; odoratæ cura moleſta domi:
At noſtra ingenti uadit circundata turba
Nec digytum anguſta eſt inſeruiſſe uia:
Nec quæ ſint facies nec quæ ſint uerba rogandi
Inuenias tecum uerſat amator iter:
Quod ſi iura fores pugnaſq; imitata laconum
Carior hoc eſſes tu mihi roma bono.

Ad Cynthiam de lycinna.

Ic ego nō nullos iā nori ī amore tumultus
Nec ueniat ſine te nox uigilanda mihi:
Vt mihi prætexta pudor eſt uelatus amicus
Et data libertas noſcere amoris iter:
Illa rudes animos ꝑ noctes conſcia primas
Imbuit: heu nullis capta lycinna datis:
Tercius aut multo minus eſt cum ducitur ānus
Vix memini nobis uerba coiſſe decem:
Cuncta tuis ſepeliuit amor nec fœmnia poſt te
Vlla dedit collo dulcia uincla meo:
Teſtis eris dirce tam uero crimine ſæua
Nycteos anthiopen accubuiſſe lyco.
Ah quotiens pulchros uſſit regina capillos
Molliaq; immittens fixit in ora manus:
Ah quotiens famulam penſis onerauit iniquis
Et caput in dura ponere iuſſit humo:
Sæpe illam immundis paſſa eſt habitare tenebr
Vilem ieiunæ ſæpe negauit aquam:
Iuppiter anthiopæ nuſq̃ ſuccurris habenti
Tot mala: corrūpit dura cathena manus:
Si deus es: tibi turpe tuam ſeruire puellam
Inuocet antiopæ quem niſi uicta iouem:
Sola tamen quæcūq; aderant in corpore uires
Regales manicas rupit utraq; manu:
Inde cytheronis timido pede currit in arces
Nox erat & ſparſo triſte cubile gelu:
Sæpe uago aſopi ſonitu ꝑ mota fluentis

Teſtis erit dire tam uero crimine ſęua Puto legendum teſtis eris dirce tā uero crimine ſęua: ideſt ſi ſęuieris nunc i lycinnam reddes teſtimonium rei fabuloſe & tua uera ſęuitia fabuloſū crimen confirmabis quod de dirce in antiopen fertur ut dirce ſit caſus dandi.

Credebat dominæ pone uenire pedes:
Et durum zetum: & lachrymis āphiona mollem
Experta eſt tabulis mater abacta ſuis:
Ac ueluti magnos quō ponunt æquora motus:
Eurus in aduerſos deſinit ire notos:
Littore ſic tacito ſonitus rareſcit arenæ
Sic cadit inflexo lapſa puella genu:
Sera tamen pietas: natus eſt cognitus error
Digne iouis natos qui tueare ſenex:
Tu reddis pueris matrem puerique trahendam
Vexerunt dircen ſub trucis ora bouis:
Anthiope cognoſce iouem: tibi gloria dirce
Ducitur in multis mortem habitura locis:
Parta cruentantur zeti: uictorque canebat
Pæana amphion rupe arcynthe tua:
At tu non meritam parcas uexare lycinnam
Neſcit ueſtra ruens ira referre pedem:
Fabula nulla tuas de nobis concitet aures
Te ſolam & lignis funeris uſtus amem.

De Imperio amicæ.

Ox media: & dominæ mihi ue'it epiſtola nr̄æ
Tybure me miſſa iuſſit adeſſe mora:
Candida qua geminas oſtendūt culmina turres
Et cadit in patulos nympha aniena lacus:
Quid faciā? obductis cōmittam me ne tenebris?
Vt timeam audaces in mea membra manus:
At ſi hæc diſtulero noſtro mandata timore
Nocturno fletus ſæuior hoſte mihi.
Peccaram ſemel & totum ſum pulſus in annum:
In me manſuetas non habet illa manus.
Nec tamē eſt quiſq̄ ſacros qui lædat amantes
Scyronis media ſi licet ire uia:
Quiſqs amator erit ſcythicis licet ambulet oris
Nemo adeo ut noceat barbarus eſſe uolet:
Luna miniſtrat iter demōſtrant aſtra ſalebras
Ipſe amor accenſas percutit ante faces:
Sæua canum rabies morſus auertit hiantes
Huic generi quouis tempore tuta uia eſt:
Sanguine tam paruo quis enī ſpargatur amantis
Improbus? excluſis fit comes ipſa uenus:
Quod ſi certa meos ſequerentur funera caſus
Talis mors precio uel ſit emenda mihi:

Afferet huc unguenta mihi ſertiſq; ſepulchrum.
Ornabit cuſtos ad mea buſta ſedens :
Dii faciant mea nec terra locet oſſa frequenti
Qua facit aſſiduo tramite uulgus iter :
Poſt mortem tumuli ſic infamantur amantum
Me tegat arborea deuia terra coma.
Aut humet ignotæ cumulus uallatus arenæ
Non iuuat in media nomen habere uia.

Ad Bacchum.

Vnc o bacche tuis humiles aduoluimur aris
Da mihi pacato uela ſecunda pater:
Tu potes inſanæ ueneris compeſcere faſtus
Curarumq; tuo ſit medicina mero:
Per te iunguntur p te ſoluuntur amantes
Tu uitium ex animo dilue bacche meo:
Te quoq; enim nõ eſſe rudem teſtatur in aſtris
Lyncibus ad cælum uecta ariadna tuis :
Hoc mihi quod ueteres cuſtodit in oſſibus ignes
Funera ſanabunt uel tua uina malum:
Semper enim uacuos nox ſobria torquet amãtes
Speſq; timorq; animo uerſat utroq; modo:

Funera ſanabunt ut tua uina malum puto legendum Funera ſanabunt uel tua uina malum. Nam ait hunc ardorem Amoris & ſolicitudinem Sola mors leniet uel tuum uinum bacche.

Quod ſi bacche tuis p feruidã tempora donis
Accerſitus erit ſomnus in oſſa mea :
Ipſe ſeram uites pangamq; ex ordine colles
Quos carpant nullæ me uigilante feræ:
Dum modo purpureo numerẽ mihi dolia muſto
Et noua preſſantis inquinet uua pedes :
Quod ſupereſt in te: per te: & tua cornua: uiuam
Virtutiſq; tuæ bacche poeta ferar:
Dicam ego maternos æterno fulmine partus
Indica nyſeis arma fugata choris:
Væſanumq; noua nequicq̃ in uite licurgum
Pentheos in triplices funera grata greges :

Pẽtheos funera grata in triplices greges: nam mater & duę ſorores (ut eſt apud ouidium) quę in ſacris bacchi tã q̃ duces erant pentheũ diſcerpſerũt.

Curuaq; tyrrhenos delphinum corpora nautas
In uada pampinea diſſiluiſſe rate:
Et tibi p mediam bene olentia flumina naxon
Vnde tuum potant noxia turba merum:
Candida laxatis onerato colla corymbis
Cingit baſſaricas lydia mitra comas :
Leuis odorato ceruix manabit oliuo
Et feries nudos ueſte fluente pedes
Mollia dirceæ pulſabunt tympana thebæ

Capripedes calamo panes hiante canent:
Vertice turrigero iuxta dea magna cybelle
Fundet ad idæos cymbala rauca choros:
Ante fores templi crater antiſtitis auro
Libatum fundens in tua ſacra merum:
Hæc ego non humili referã memorãda cothurno
Qualis pindarico ſpiritus ore tonat:
Tu modo ſeruitio uacuum me ſiſte ſuperbo
Atq; hoc ſollicitum uince ſopore caput.

Quod Mors ſit ineuitabilis.

Lauſus ab ũbroiſoqua ludit põtus auerno
Humida baiarum ſtagna tepentis aquæ:
Qua iacet & troiæ tubicen miſenus arena
Et ſonat herculeo ſtructa labore uia:

Hic ubi mortalis dextra. de Hercule intelligit deo thebano: qui in campania fuit: ut in ſyluis ſcripſimus. ſed puto legendum mortali dextra: nã cymbala pulſata a mortalibus applaudebant herculi deo.

Hic ubi mortali dextra quom quæreret urbes
Cymbala thebano concrepuere deo:
At nunc inuiſæ magno cum crimine baiæ
Quis deus in ueſtra cõſtitit hoſtis aqua?
Bis preſſus ſtygias uultum dimiſit in undas
Errat & in ueſtro ſpiritus ille lacu:
Quid genus: aut uirtus aut optima ꝓfuit illi
Mater: & amplexum cæſaris eſſe focos?
Aut modo tam pleno fluitantia uela theatro
Et per maternas omnia geſta manus?
Occidit: & miſero ſteterat uigeſimus annus
Tot bona tam paruo clauſit in orbe dies:
I nunc tolle animos: & tecum finge triumphos
Stantiaq; in plauſum tota theatra iuuent:
Attalicas ſupera ueſtes: atq; omnia magnis
Gemmea ſint nudis ignibus iſta dabis:
Sed tamen hoc omnes: huc ꝓmus: & ultĩus ordo
Et mala ſed cunctis iſta terenda uia eſt:
Exoranda canis tria ſunt latrantia colla:
Scandenda eſt torui publica cymba ſenis:
Ille licet ferro cautus ſe condat: & ære
Mors tamen incluſum protrahit inde caput:

Nirea non facies. nireum formoſiſſimum fuiſſe ſcribit Homerus & Horatius & Diodorus. is fuit in bello Troiano.

Nirea non facies non uis exemit achillem
Croeſum aut pactoli quas parit humor opes:
Hic olim ignaros luctus populauit achiuos
Atridæ magno cum ſtetit alter amor:
At tibi nauta pias hominum qui traicis umbras
Huc animæ portent corpus inane tuæ:

Qua ſiculæ uictor telluris claudius : & qua
Cæſar ab humana ceſſit in aſtra uia.

### De Incōtinentia mulierum.

Biicitur totiens a te mihi noſtra libido
Crede mihi uobis imperat iſta magis:
Vos ubi cotempti rupiſtis fræna pudoris
Neſcitis captæ mentis habere modum:
Flāma p incenſas citius ſedetur ariſtas
Fluminaq; ad fontis ſint reditura caput:
Et placidum ſyrtes portū : & bona littora nautis
Præbeat hoſpitio ſæuaq; mala ſuo:
Quam poſſit ueſtros quiſq̄ reprehendere curſus
Et rapidæ ſtimulos frāgere nequitiæ:
Teſtis cretei faſtus quæ paſſa iuuenci
Induit abiegnæ cornua falſa boui:
Teſtis theſſalico flagrans ſalmonis enypheo
Quæ uoluit liquido tota ſubire deo:
Crimen & illa fuit patria ſucenſa ſenecta
Arboris in frondes condita myrrha nouæ:
Nam quid medeæ referam quo tempore matris
Iram natorum cæde piauit amor?
Quid ue clytēneſtræ ꝓpter quam tota mycenis
Infamis ſtupro ſtat pelopea domus?
Tuq; o minoa uenundata ſcylla figura
Tondes purpurea regna paterna coma:
Hanc igitur dotem uirgo diſponderat hoſti
Niſe tuas portas fraude recluſit amor:
At uos innuptæ fælicius urite thedas
Pendet cretea tracta puella rate:
Non tamen immerito minos ſedet arbiter orci
Victor erat quāuis æquus in hoſte fuit

### De Contemptore amicæ.

Redis eum iā poſſe tuæ meminiſſe figuræ
Vidiſti a lecto quem dare uela tuo?
Durus qui lucro potuit mutare puellam
Tantis ne in lachrimis aphrica tota fuit:
At tu ſtulta deos tu fingis inania uerba:
Forſitan illa alio pectus amore terat:
Eſt tibi forma potens ſunt caſtæ palladis artes
Splendidaq; a docto fama refulget auo:
Fortunata domus modo ſit tibi fidus amicus:
Fidus ero in noſtros curre puella toros:

Tu quoq; qui æſtiuos ſpatioſus exigis ignes
  Phœbe moraturæ contrahe lucis iter:
Nox mihi prima ueit primæ date tempora noctis
  Longius in primo luna morare toro:
Fœdera ſunt ponenda prius ſignandaq; iura
  Et ſcribenda mihi lex in amore nouo:
Hæc amor ipſe ſuo conſtringit pignera ſigno
  Teſtis ſidereæ torta corona deæ:
Quam multæ ante meis cedent ſermonibus horæ
  Dulcia q̃ nobis concitet alma uenus:
Nanq; ubi non certo uincitur fœdere lectus
  Non habet ultores nox uigilanda deos:
Et quibus impoſuit ſoſuit nox uincla libido
  Contineant nobis omnia prima fidem:
Ergo qui pactas in fœdere ruperit aras
  Pollueritq; nouo ſacra marita toro:
Illi ſint quicunq; ſolent in amore dolores
  Et caput argutæ præbeat hiſtoriae.
Nec flenti dominæ patefiant nocte feneſtræ
  Semper amet fructu ſemper amoris egens.

Ad Cynthiam.

Agnum iter ad doctas ꝓficiſci cogor athéas
  Vt me longa graui ſoluat amore uia:
Creſcit enim aſſidue ſpectando cura puellæ
  Ipſe alimenta ſibi maxima præbet amor:
Omnia ſunt tentata mihi quacunq; fugari
  Poſſit; at ex omni me premit ipſe deus:
Vix tamen aut ſemel admittit: cum ſæpe negauit
  Seu uenit: extremo dormit amica toro:
Vnum erit auxilium mutatis cynthia terris
  Quantum oculis animo tam procul ibit amor:
Nunc agite o ſotii propellite in æquora nauem
  Remorumq; pares ducite ſorte uices:
Iungiteq; extremo felicia lintea malo
  Nam liquidum nautis aura ſecundat iter:
Romanæ turres & uos ualeatis amici
  Qualiſcunq; mihi: tuq; puella uale:
Ergo ego nūc rudis adriaci uehar æquoris hoſpes
  Cogar & undiſonos nunc prece adire deos:
Deinde per ionium uectus cum feſſa lyceo
  Sedarit placida uela phaſellus aqua:
Quod ſupereſt ſufferte pedes properate laborem

Iſmos qua terris arcet utrunq; mare:
Inde ubi pyrei capient me littora portus
Scandam ego theſeæ brachia longa uiæ:
Illic uel ſtudiis animum emendare platonis
Incipiam: aut hortis docte epicure tuis:
Perſequar aut ſtudiũ linguæ: & domoſthẽis arma
Librorumq; tuos docte menandre ſales:
Aut certe tabulæ capient mea lumina pictæ
Siue ebore exactæ ſeu magis aere manus:
Aut ſpatia annorum: aut longa ĩterualla ꝓfundi
Lenibunt tacito uulnera noſtra ſinu.
Seu moriar fato non turpi fractus amore
Atq; erit illa mihi mortis honeſta dies.

Theſeę brachia longa uię: muros longos intelligit qui μακαρα εἴχη Grę/ce dicebantur. hi ex urbe in pyręum uſq; excurrebant. hiſtoria eſt apud Thucydidem diligentiſſime perſcripta.

Ad Tullum.

Rigida tã multos placuit tibi cyricus annos
Tulle propontiaca qua fluit iſmos aqua:
Dindymus & ſacra fabricata inuenta cybelle
Raptoriſq; tulit qua uia ditis equos:
Si te forte iuuant helles athamantidos urbes
Et deſiderio tulle mouere meo:
Tu licet aſpicias cælum omne atlanta gerentem
Sectaq; perſea phorcidos ora manu:
Geryonæ ſtabula & luctantum ĩ puluere ſigna
Herculis antæiq; heſperidumq; choros:
Tuq; tuo colchum propellas remige phaſin
Peliacæq; trabis totum iter ipſe legas:
Qua ſudis argoa natat inter ſaxa columba
In faciem proræ pinus adacta nouæ:
Si qua ue gygei uiſenda eſt ora caiſtri
Et qua ſeptenas temperat unda uias:
Omnia romanæ cedent miracula terræ.
Natura hic poſuit quicquid ubiq; fuit:
Armis apta magis tellus q̃ commoda noxæ
Famam roma tuæ non pudet hiſtoriæ:
Nam q̃tum ferro tantum pietate potentes
Stamus: uictrices temperat ira manus:
Hic anio tiburne fluis clitunnus ab umbro
Tramite: & æternum martius humor opus:
Albanus lacus: & ſotii nemorenſis ab unda:
Potaq; pollucis lympha ſalubris equo:
At non ſquãmoſo lambuntur uentre ceraſtæ
Itala portentis nec fuit una nouis:

At ſiqua ogigię. uerſus mendoſus eſt & ita legendus ut ego quidem ſentio: ſiqua ue gygei uiſenda eſt ora caiſtri. nam gyges lacus eſt: & hermi caiſtriq; campi cotigui ſunt camporum om͞nium optimi: prope lacus eſt gygeus ab homero dictus. ſed poſtea colous: ubi colenę dianę templum: quo in loco diebus ſolennibus ſimias ſaltare dixerũt caiſtrum ergo gygeum uocat ꝙ eiuſ/dem ſunt regionis: & ante dixit gygeo tincta puella lacu.

Nō hic ādromadæ reſonāt pro matre cathenæ
Nec tremis auſonias phœbe fugare dapes:
Nequicq̄ abſentes arſerūt in caput ignes
Exitium nato matre monente ſuo.
Penthea non ſæuæ uenātur ī arbore bacchæ:
Nec ſoluit danaas ſubdita cerua rates.
Cornua nec ualuit curuare in pellice iuno
Aut faciem turpi dedecorare boue:
Arboreaſq; truces ſæuis & inhoſpita grais
Saxa: & curuatas in ſua fata trabes:
Hæc tibi tulle parens; hæc eſt pulcherrima ſedes
Hic tibi pro digna gente petendus honos.
Hic tibi ad eloquium ciues: hic ampla nepotum
Spes: & uenturæ cōiugis aptus amor.

De Tabulis ꝑditis.

e Rgo tam doctæ nobis periere tabellæ
Scripta quibus ꝑiter tot ꝑiere bona:
Has quondam noſtris manibus detriuerat uſus
Qui non ſignatas iuſſit habere fidem:
Illæ iam ſine me norant placare puellas:
Et quædam ſine me uerba diſerta loqui.
Non illas fixum caras effecerat aurum
Vulgari buxo ſordida cera fuit:
Qualeſcūq; mihi ſemper manſere fideles
Semper: & effectus promeruere bonos:
Forſitan hæc illis fuerant mādata tabellis
Iraſcor quoniam es lente moratus heri:
An tibi neſcio quæ uiſa eſt formoſior an tu
Non bona de nobis crimina ficta iacis:
Aut dixti uenies hodie ceſſabimus una:
Hoſpitium tota nocte parauit amor:
Et quæcunq; dolens reperit non ſtulta puella
Garrula cum blandis ducitur hora dolis.
Me miſerum his aliquis rationem ſcribit auari
Et ponit duras inter ephimeridas:
Quas ſi quis mihi retulerit donabitur auro:
Quis pro diuitiis ſigna retenta uelit:
I puer & citus hæc aliqua præcone colūna
Et dominum exquiliis ſcribe habitare tuum.

Ad Cynthiam ſuperbientem.

Alſa eſt iſta tuæ mulier fiducia formæ
Olim oculis nimium facta ſuperba meis:

Noſter amor tales tribuit tibi cynthia laudes
Verſibus inſignem te pudet eſſe meis:
Mixtam te uaria laudaui ſæpe figura
Vt quod non eſſes eſſe putaret amor:
Et color eſt totiens roſeo collatus eoo
Cum tibi quæſitus candor in ore foret:
Quod mihi non patrii poterant auertere amici
Eluere aut uaſto theſſala ſaga mari.
Hæc ego non ferro non igne coactus & ipſa
Naufragus egea uerba fatebor aqua:
Correptus ſæuo ueneris torrebar aheno
Victus eram uerſas in mea terga manus:
Ecce coronatæ portum tetigere carinæ
Traiectæ ſirtes: anchora iacta mihi eſt:
Nunc demum uaſto feſſi reſipiſcimus æſtu
Vulnera & ad ſanum nunc coiere mea:
Mēs bona ſiqua deo eſt tua me ī ſacraria dono
Exciderent ſurdo tot mea uota ioui.

Ad Cynthiam.

r Iſus eram poſitis inter conuiuia menſis
Et de me poterat quilibet eſſe loquax:
Quinq; tibi potui ſeruire fideliter annos
Vngue meam morſo ſæpe querere fidem:
Nil moueor lachrymis: iſta ſum captus ab arce
Semper ab inſidiis cynthia flere ſoles
Flebo ego diſcedens ſed fletum iniuria uincit:
Tu bene conueniens non ſinis eſſe iugum.
Limina iam noſtris ualeant lachrymantia uerbis
Nec tamen irata ianua fracta manu:
At te celatis ætas grauis urgeat annis
Et ueniat formæ ruga ſiniſtra tuæ:
Vellere tum cupies albos a ſtirpe capillos
A ſpeculo rugas increpitante tibi:
Excluſa inq; uicem faſtus patiare ſuperbos
Et quæ feciſti facta queraris anus:
Has tibi fatalis cecinit mea pagina diras
Euentum formæ diſce timere tuæ.

Liber Quartus.

Oc quodcūq; uides hoſpes q̄ maxīa roma ē
Ante phrygem æneā collis & herba fuit:
Atq; ubi nauali ſtāt ſacra pallatia phœbes
Euandri profugæ cōcubuere boues:

Dirę. quędam ſacra ad deuouen dum erant de quibus lege plutarchum in Craſſo.

Fictilibus creuere deis hæc aurea templa
Non fuit opprobrio facta ſine arte caſa:
Tarpeiuſq; pater nuda de rupe tonabat
Et tyberis noſtris aduena bobus erat:
Quo gradibus domus iſta remi ſe ſuſtulit olim
Vnus erat fratrum maxima regna focus:
Curia prætexto quæ nunc nitet alta ſenatu
Pellitos habuit ruſtica corda patres:
Buccina cogebat priſcos ad uerba quirites
Centum illi in prato ſæpe ſenatus erat:
Nec ſinuoſa cauo pendebant uela theatro
Pulpita ſolennis non oluere crocos:
Nulli cura fuit externos quærere diuos
Cum tremeret patrio pendula turba ſacro:
Annuaq; accenſo celebrare palilia fœno
Qualia nunc curuo luſtra nouantur equo:
Veſta coronatis pauper gaudebat aſellis:
Ducebant macræ uilia ſacra boues:
Parua ſaginati luſtrabant compita porci:
Paſtor & ad calamos exta litabat ouis:
Verbera pellitus ſetoſa mouebat arator
Vnde lyceus fabius ſacra lupercus habet:
Nec rudis in feſtis miles radiabat in armis
Miſcebant uſta prælia nuda ſude:
Prima galeritus poſuit prætoria lygmon.
Magnaq; pars tatio rerum erat inter oues:
Hinc titiens ramneſq; uiri luceresq; coloni
Quattuor hinc albos romulus ægit equos:
Quippe ſuburbanæ parua minus urbe uiolæ
Et qui nunc nulli maxima turba gabii:
Et ſtetit alba potens albæ ſuis omine nata
Hac ubi fidenas longe erat ire uias:
Nil patrium niſi nomen habet romanus alūnus
Sanguinis altricem non putet eſſe lupam:.
Huc melius ꝓfugos miſiſti troia penates:
Heu quali ducta eſt dardana puppis aue:
Iam bene ſpōdebant tunc omnia quid nihil illam
Læſerat abiegni uenter apertus equi.
Cum pater i gnati trepidus ceruice pependit
Et ueritae ſt humeros urere flamma pios:
Tunc animi uenere decii brutiq; ſecures
Vexit & ipſa ſui cæſaris arma uenus:

Arma reſurgentis portans uictricia troiæ
  Felix terra tuos cæpit iule deos:
Si modo auernalis tremulæ cortyna ſibyllæ
  Dixit auentino rura pianda remo:
Aut ſi pgameæ ſero rata carmina uatis
  Longæuum ad priami uera fuere caput:
Vertite equum danai male uincitis: ilia tellus
  Viuet: & huic cineri iuppiter arma dabit
Optima nutritum noſtr s lupa martia rebus
  Qualia creuerunt mœnia lacte tuo:
Mœnia namq; pio conor diſponere uerſu
  Hei mihi quod noſtro eſt paruus in ore ſonus:
Sed tamen exiguo quodcunq; e pectore riui
  Fluxerit: hoc patriæ ſeruiat omne meæ:
Ennius hirſuta cingat ſua dicta corona
  Mi folia ex hedera porrige bacche tua:
Vt noſtris tumefacta ſuperbiat umbria libris
  Vmbria romani patria callimachi:
Scandentes ſi quis cernet de uallibus arces
  Ingenio muros æſtimet ille meo:
Roma faue tibi ſurgit opus: date candida ciues
  Omnia: & inceptis dextera cantet auis:
Sacra dieſq; canam: & cognomina priſca locorũ
  Has meus ad metas ſudet oportet equus.
Quo ruis imprudens uage diſcere fata properti?
  Non ſunt a dextro condita fila colo
Accerſis lachrymis cantus aduerſus apollo
  Poſcis ab inuita uerba pigenda lyra.
Certa feram certis auctoribus aut ego uates:
  Neſcius ærata ſigna mouere pila.
Me creat architæ ſoboles babylonius orops
  Oron & a proauo ducta conone domus:
Dii mihi ſunt teſtes non degeneraſſe propinquis
  Inq; meis libris nil prius eſſe fide:
Nunc precium fecere deos: & fallitur auro
  Iuppiter obliquæ ſigna iterata rotæ.
Feliceſq; iouis ſtellas martiſq; rapacis
  Et graue ſaturni ſydus in omne caput:
Quid moueant piſces animoſaq; ſigna leonis
  Lotus & heſperia quid capricornus aqua:
Dicam troia cades: & troica roma reſurges
  Et maris: & terræ longa ſepulchra canam:

Mi folia ex hedera porrige bacche tua. Ob raritatem inquit Plinius alexander coronato hedera exercitu exemplo liberi patris ex india uictor rediit: cuius dei adornabant thyrſos galeaſq; acuta thracię populi i ſacris ſolénibus. Sed cum multa ſint genera hederę ea tantum coronabantur poetę: cuius ſemen crocatum eſt foliis minus nigris. ea certe quam ſimilacem uocát infauſta eſt omnibus ſacris & coronis: nam uirgo eius nominis amore iuuéis croci in hũc fruticem mutata eſt.

Romani Callimachi. ſe Romanum Callimachum appellat: nam callimachum poetam Gręcum uerſibus latinis explicat.

Me orat architę ſoboles. quęrit fidem diſciplię ſuę mathematicę a maioribus: nam Architas & Orops hac claruerunt & Conon de quo locutum Virgilium docet probus: ſamius fuit. ut idem eſt auctor. eiuſdem meminit Iginus: perſuaſit. n. ptolomęo ſtellã eſſe crinem beronices relatum in cęlum. ait itaq; propertius cum ab iis ducat genus ſe non mentiri in mathematicis neq; falli.

Dixi ego cum geminos produceret arria natos
  Illa dabat natis arma uetante deo:
Non poſſe ad patrios ſua pila referre penates
  Nempe meam firmant nunc duo buſta fidem:
Quippe lupercus equi dum ſaucia protegit ora
  Heu ſibi pro lapſo non bene cauit equo:
Gallus at in caſtris dum credita ſigna tuetur
  Concidit ante aquilæ roſtra cruenta ſuæ:
Fatales pueri duo funera matris auaræ
  Vera ſed inuito contigit iſta fides:
Idem ego cum cinaræ traheret lucina dolores
  Et facerent uteri pondera lenta moram:
Iunonis uotum facite impetrabile dixi
  Illa parit: libris eſt data palma meis:
Hoc neq; arenoſum iouis libyæ explicat ãtrum
  Aut ſibi commiſſos fibra locuta deos:
Aut ſi quis motas cornicis ſenſerit alas
  Vmbraq; nec magicis mortua ꝓdit aquis
Aſpicienda uia eſt cæli uerſuſq; ꝑ aſtra
  Trames: & ab zonis quinq; petenda fides:
Exemplum graue erit chalcas: nãq; aulide ſoluit
  Ille bene hærentes ad pia ſaxa rates:
Idem agamemnoniæ ferrum ceruice puellæ
  Tinxit & atrides uela cruenta dedit:
Nec rediere tamen danai: tu diruta fletum
  Supprime: & euboicos reſpice troia ſinus:
Nauplius ultores ſub noctem porrigit ignes
  Et natat exuuiis græcia preſſa ſuis:
Victor oilide rape nunc & dilige uatem
  Quam uetat auelli ueſte minerua ſua.
Hactenus hiſtoriæ nunc ad tua deuehar aſtra
  Incipe tu lachrymis æquus adeſſe nouis:
Vmbria te notis antiqua penatibus edit
  Mentior an patriæ tangitur ora tuæ:
Qua nebuloſa cauo rorat meuania campo
  Et lacus æſtiuis intepet umber aquis:
Scandentiſq; aſis conſurgit uertice murus
  Murus ab ingenio notior ille tuo:
Oſſaq; legiſti non illa ætate legenda
  Patris: & in tenues cogeris ipſe lares:
Nam tua cum multi uerſarent rura iuuenci
  Abſtulit excultas pertica triſtis opes:

Victor oilide. inſultat aiaci oili: q ob uiolatam caſſandram naufragium fecit. ſed in ſequenti uerſu ubi eſt: Qué uetat: lege: Quam uetat. nam rapta fuit caſſandra ex templo mineruę.

Pertica triſtis. uel de centumuirali haſta intelligit: uel bona ſua (quod placet) fuerint ſubhaſtata.

Mox ubi bulla rudi demiſſa eſt aurea collo
Matris & ante deos libera ſumpta toga:
Tum tibi pauca ſuo de carmine dictat apollo
Et uetat inſano uerba tonare foro:
Et tu finge elegos fallax opus: hæc tua caſtra
Scribat: ut exemplo cætera turba tuo:
Militiam ueneris blandis patiere ſub armis
Et ueneris pueris utilis hoſtis eris:
Nam tibi uictrices: quaſcunq; labore paraſti
Eludat palmas una puella tuas:
Vt bene confixum mento diſcuſſeris uncum:
Nil erit. hæc roſtro te premit anſa ſuo:
Illius arbitrio noctem lucemq; uidebis
Gutta quoq; ex oculis non niſi iuſſa cadet:
Nec nullæ excubiæ nec te ſignata iuuabunt
Lumina. perſuaſæ fallere prima ſat eſt:
Nunc tua uel mediis puppis luctetur in undis
Vel licet armatis hoſtis inermis eas:
Vel tremefacta cauo tellus deducat hiatum:
Octipedis contra terga ſiniſtra time.

Fabula Vertunni:

Vid mirare meas tot ī uno corpore formas:
Accipe uertunni ſigna paterna dei:
Tuſcus ego tuſcis orior nec penitet inter
Prælia uolſanos deſeruiſſe focos:
Hæc me turba iuuat nec templo lætor eburno
Romanum ſatis eſt poſſe uidere forum:
Hac quondam tyberinus iter faciebat: & aiunt
Remorum auditos per uada pulſa ſonos:
At poſtq̄ ille ſuis tantum conceſſit alumnis
Vertunnus uerſo dicor ab amne deus:
Seu quia uertentis fructum percæpimus anni
Vertūni rurſus credidit eſſe ſacrum:
Prima mihi uariat liuentibus uua racemis
Et coma lactenti ſpicea fruge tumet:
Hic dulces ceraſos: hic autūnalia pruna
Cernis: & æſtiuo mora rubere die:
Inſitor hic ſoluit pomoſa uota corona
Cum prius inuito ſtipite mala tulit:
Mendax fama noces. alius mihi nominis index:
De ſe narranti tu modo crede deo:
Opportuna mea eſt cunctis natura figuris

Et bene confixum merito diſcuſſerit uncum Nil erit hoc noſtro te p̄mit auſa ſuo: totum carmen mendoſum ē neq; ullo ſenſu: niſi ita emendes. Vt bene confixum mento diſcuſſeris ūcum: Nil erit. hęc roſtro te premet anſa ſuo Etiam inquit ſi uncum infixum gutturi abieceris ab more. ſ. nil proficies: nec iris propterea liber: nam hęc anſa · hoc eſt hic alter uncus puellę. nam anſa habet ſpetiem unci. premet & retinebit te ſuo roſtro. i. ſua curuitate & ſummitate illa: quę roſtrum uidetur.

In quācunq; uoles uerte decorus ero:
Indue me cæis fiam non dura puella:
  Atq; uirum ſumpta quis neget eſſe toga?
Da falcem & torto frontem mihi cōprime fœno
  Iurabis noſtra gramina facta manu:
Arma tuli quondam: & memini laudabar in illis
  Corbis in impoſito pondere meſſor eram:
Sobrius ad lites: at cum eſt impoſta corona
  Clamabis capiti uina ſubiſſe meo:
Cinge caput mitra ſpeciem furabor achiui:
  Furabor phœbi ſi modo plectra dabis
Caſſibus impoſitis uenor: ſed harundine ſumpta
  Faunus plumoſo ſum deus aucupio::
Eſt etiam aurigæ ſpecies uertunnus: & ælus
  Traicit alterno qui leue pondus equo:
Suppetat hoc piſces calamo prædabor & ibo
  Mundus demiſſis inſtitor in tunicis:
Paſtorem ad baculum poſſum curare uel idem
  Serpiculis medio puluere ferre roſam:
Nam quid ego adiciā de quo mihi maxīa fama ē
  Hortorum in manibus dona probata meis?
Cæruleus cucumis tumidoq; cucurbita uentre
  Me notat: & uinco braſſica iuncta leui:
Nec flos ullus hiat pratis quin ille decenter
  Impoſitus fronti langueat ante meæ:
At mihi quod formas unus uertebar in omnes
  Nomen ab euentu patria lingua dedit:
At tu roma meis tribuiſti præmia tuſcis
  Vnde hodie u cus nomina tuſcus habet:
Tempore quo ſotiis uenit lycomedius armis
  Atq; ſabina feri cōtudit arma tacii:
Vidi ego labentes acies: & tela caduca
  Atq; hoſtes turpi terga dediſſe fugæ:
Sed facias diuum ſator ut romana p æuum
  Tranſeat ante meos turba togata pedes.
Sex ſuperant uerſus te qui ad uadimonia curris
  Non moror h c ſpaciis ultima creta meis.
Stipis aceruus eram ꝓperanti falce dolatus
  Ante numam grata pauper in urbe deus:
At tibi mamurii formæ cælator ahenæ
  Tellus artifices ne terat oſca manus:
Qui me tam docilis potuiſti fundere in uſus

Vnum opus eſt operi non datur unus honos.

Epiſtola Arethuſæ rd lycotem.

Rethuſa ſuo mittit mandata lycotæ
Cum totiens abſis ſi potes eſſe meus:
Si qua tamen tibi lecturo pars oblita deerit
Hæc erit e lachrymis facta litura meis:
Aut ſi qua incerto fallet te littera tractu
Signa meæ dextræ iam morientis erunt:
Te modo uiderunt iteratos blactra per ortus
Te modo munitus hericus hoſtis equo:
Hiberniq; getæ: pictoq; britannia curru:
Vſtus & eoa diſcolor indus aqua:
Hæc ne marita fides: & pactæ ſunt mihi noctes:
Cum rudis urgenti brachia uicta dedi?
Quæ mihi deductæ fax omen prætulit illa
Traxit ab euerſo lumina nigra rogo:
Et ſtygio ſum ſparſa lacu: nec recta capillis
Vitta data eſt: nupſi non comitante deo:
Omnibus heu portis pendent mea noxia uota
Texitur hæc caſtris quarta lacerna tuis:
Occidat immerita qui carpſit ab arbore uallum
Et ſtruxit querulas rauca per oſſa tubas:
Dignior obliquo funem qui torqueat orno
Aeternuſq; tuam poſcat aſelle famem.
Dic mihi dum teneros urit lorica lacertos
Num grauis imbelles atterit haſta manus?
Hæc noceant potius q̄ dentibus ulla puella
Det mihi plorandas per tua colla notas:
Diceris & macie uultum tenuaſſe: ſed opto
Et deſyderio ſit color iſte meo:
At mihi cum noctes induxit ueſper amaras
Si qua relicta iacent oſculor arma tua:
Tum queror in toto non ſidere pallia lecto
Lucis & auctores non dare carmen aues:
Noctibus hybernis caſtrenſia penſa laboro:
Er tyria in gladios uellera ſecta ſuos:
Et diſco qua parte fluat uincendus araxes
Quot ſine aqua partus millia currat equus:
Cogor & e tabula pictos ediſcere mundos
Qualis & hæc docti ſit poſitura dei:
Quæ tellus ſit lenta gelu: quæ putris ab æſtu

Ventus in italiam qui bene uela ferat:
Aſſidet una ſoror curis & pallida nutrix
Peierat hyberni temporis eſſe moras:
Fælix hyppolite nuda tulit arma papilla
Et texit galea barbara molle caput:
Romanis utinam patuiſſent caſtra puellis
Eſſem militiæ ſarcina fida tuæ:
Nec me tardarent ſcythiæ iuga: cum pater atlas
Aphricus in glaciem frigore nectit aquas:
Omnis amor magnus: ſed apto ĩ coniuge maior
Hanc uenus ut uiuat uentilat ipſa facem.
Nã mihi quo pœnis tibi purpura fulgeat oſtris
Criſtallusq; tuas ornet aquoſa manus:
Omnia ſurda tacent: rariſq; aſſueta calendis
Vix aperit clauſos una puella lares:
Graucidos & catulæ uox ẽ mihi grata querentis
Illa tui partem uendicat una toro:
Flore ſacella tego uerbenis compita uelo
Et crepat ad ueteres herba ſabina focos:
Siue in furtiuo gemuit ſtans noctua tigno
Seu uoluit tangi parca lucerna mero.
Illa dies ornis cædem denuntiat agnis
Succintæq; calent ad noua lucra popæ:
Ne precor accenſis tanti ſi gloria bactris
Raptaue odorato carbaſa lina dici.
Plumbea cum tortæ ſparguntur pondera fundæ
Subdolus & uerſis increpat arcus equis:
Sed tua ſit domitis parthæ telluris alumnis
Pura triumphantis haſta ſequatur equos:
Incorrupta mei conſerua fœdera lecti
Hæc ego te ſola lege rediſſe uelim:
Armaq; cum tulero portæ uotiua capenæ
Subſcribam ſaluo grata puella uiro.

Fabula tarpeiæ.

Arpeiũ nemus & tarpeiæ turpe ſepulchrũ
Fabor: & antiqui limina capta iouis:
Lucus erat fœlix hederoſo conditus antro
Multaq; natiuis obſtrepit arbor aquis:
Siluani ramoſa domus quo dulcis ab æſtu
Fiſtula poturas ire iubebat oues:
Hunc tatius fontem uallo præcingit acerno
Fidaq; ſuggeſta caſtra coronat humo:

Quid tum roma fuit? tubicen uicina curetis
Cum quateret lento murmure ſaxa iouis:
Atq; ubi nunc terris dicuntur iura ſubactis
Stabant romano pila ſabina foro:
Murus erant montes: ubi nunc eſt curia ſepta
Bellicus ex illo fonte bibebat equus:
Hinc tarpeia deæ fonte libauit: at illi
Vrgebat medium fictilis urna caput:
Et ſatis una male potuit mors eſſe puellæ
Quæ uoluit flammas fallere ueſta tuas:
Vidit arenoſis tatium perludere campis
Pictaq; per flauas arma leuare uias:
Obſtupuit regis facie: & regalibus armis:
Interq; oblitas excidit urna manus:
Sæpe illa immeritæ cauſata eſt omina lunæ
Et ſibi tingendas dixit in amne comas:
Sæpe tulit blandis argentea lilia nymphis
Romula ne faciem læderet haſta taci:
Dumq; ſubit primo capitolia nubila fumo
Rettulit hirſutis brachia ſecta rubis:
Et ſua tarpeia reſidens ita fleuit ab arce
Vulnera uicino non patienda ioui:
Ignes caſtrorum & taciæ prætoria turmæ
Et formoſa oculis arma ſabina meis:
O utinam ad ueſtros ſedeam captiua penates
Dum captiua mei conſpicer eſſe taci:
Romani montes & montibus addita roma
Et ualeat probro ueſta pudenda meo:
Ille equus ille meos in caſtra reponet amores
Cui tacius dextras collocat ipſe iubas:
Quid mirum ī patrios ſcyllam ſæuiſſe capillos
Candidaq; in ſæuos inguina uerſa canes?
Prodita quid mirum fraterni cornua monſtri?
Cum patuit lecto ſtamina certa uia:
Quantū ego ſū auſoniis crimē factura puellis
Improba uirgineo lecta miniſtra foco?
Pallados extinctos ſi quis mirabitur ignes
Ignoſcat: lachrymis ſpargitur ara meis.
Cras (ut rumor ait) tota pugnabitur urbe
Tu cape ſpinoſi roſida terga iugi:
Lubrica tota uia eſt & perfida: quippe tacentes
Fallaci celat limite ſemper aquas:

O utinam magicæ noſſem cantamina muſæ
Hæc quoq; formoſo lingua tuliſſet opem:
Te toga picta decet non quē ſine mris honore
Nutrit inhumanæ dura papilla lupæ:
Sic hoſpes patiare tua regina ſub aula
Dos tibi non humilis prodita roma uenit:
Si minus at captæ ne ſint impune ſabinæ
Me rape & alterna lege repende uices:
Commiſſas acies ego poſſum ſoluere nuptæ
Vos medium palla fœdus inite mea:
Adde hymenæe modos tubicē fera murmura ode
Credite ueſtra meus molliet arma torus:
Et iam quarta canit uenturam buccina lucem
Ipſa in oceanum ſydera lapſa cadunt:
Experiar ſomnum de te mihi ſomnia quæram
Fac uenias oculis umbra benigna meis:
Dixit: & incerto permiſit brachia ſomno
Neſcia nefariis accubuiſſe nouis:
Nam ueſta iliacæ felix tutela fauillæ
Culpam alit: & plures condit in oſſa faces:
Illa ruit qualis celerem prope thermodoonta
Strymonis abſciſſo fertur aperta ſinu:
Vrbi feſtus erat dixere palilia patres
Hic primus cœpit mœnibus eſſe dies:
Annua paſtorum conuiuia luſus in urbe
Cum pagana madent fercula diuitiis:
Cumq; ſuper raros fœni flāmantis aceruos
Traiicit immundas ebria turba dapes:
Romulus excubias decreuit in otia ſoluit
Atq; intermiſſa caſtra ſilere tuba:
Hoc tarpeia ſuum tempus rata conuenit hoſtem
Pacta ligat: pactis ipſa futura comes:
Mons erat aſcenſu dubius feſtoq; remiſſus
Nec mora uocales occupat enſe canes:
Omnia præbebant ſomnos: ſed iuppiter unus
Decreuit pœnis inuigilare tuis:
Prodiderat portæq; fidem patriamq; iacentem
Nubendiq; petit quem uelit ipſa diem:
At tacius neq; enim celeri dedit hoſtis honorem
Nube ait: & regni ſcande cubile mei.
Dixit: & ingeſtis comitum ſuper obruit armis
Hæc uirgo officiis dos erat apta tuis:

A duce tarpeio mons eſt cognomen adeptus
O uigil iniuſtæ præmia ſortis habes.

Alia Epiſtola ad Lenam.

Erra tuum ſpinis obducat lena ſepulchrũ
Et tua quod nõ uis ſentiat umbra ſitim:
Nec ſedeant cineri manes: & cerberus ultor
Turpia ieiuno terreat oſſa ſono:
Docta uel hippolytum ueneri mollire negantẽ
Concordiq; toro peſſima ſemper auis:
Penolopen quoq; neglecto rumore mariti
Nubere laſciuo cogeret entinoo
Illa uelit: poterit magnes non ducere ferrum
Et uolucris nidis eſſe nouerca ſuis:
Quippe & collinas ad foſſam nouerit herbas
Stantia currenti diluerentur aqua:
Audax cantatæ leges imponere lunæ
Et ſua nocturno fallere terga lupo:
c ſ et & intentos aſtu certare maritos:
Cornicum immeritas eruit ungue genas:
Coſuluitq; ſtryges noſtro de ſanguine: & in me
Hyppomanes fœtæ ſemina legit equæ:
Exorabat opus uerbis ſeu blanda perurat
Saxoſamq; ferat ſedula culpa uiam:
Si te eoa iuuat derorantem aurea ripa:
Et quæ ſub tyria concha ſuperbit aqua:
Eurypiliq; placet coæ textura mineruæ
Sectaq; ab attalicis putria ſignat oris:
Seu quam palmiferæ mittunt uenalia thebæ
Murrheaq; in parthis pocula cocta focis:
Sperne fidem prouolue deos mendacia uincant
Frangent damnoſæ iura pudicitiæ:
Et ſimulare uirum precium facit: utere clauſis
Maior dilata nocte decurret amor:
Si tibi forte comas uexauerit utilis ira
Poſt modo mercata pace premendus erit:
Deniq; ubi amplexu uenerem ꝓmiſeris empt
Fac ſimiles puros ſyderis eſſe dies.
Ingerat apriles iole tibi condat amiclæ
Natalem malis idibus eſſe tuum:
Supplex ille ſedet poſita tu ſcribe catedra
Quid libet has artes ſi pauet ille tenes:
Semper habe morſus circa tua colla recentes:

Eurypiliq; placet coę textura mi-
nerue. Eurypilus Thelephi filius inter
fectus a neoptolemo in bello troiano
ut ſcribit homerus. Ipſe neoptoléus
telo traiecit acuto Magnanimum he-
roa Eurypilum: quem thelephus olim
Progenuit. Coõ inſulam tenuit maris
carpathii. Homerus. Qui niſi coon ha
bent celſ m: & paulo poſt. Eurypiliq;
urbem coon ęquoreaſq; calydnas. In-
telligit igitur de ueſte coa de qua ante
dictum eſt.

Litibus alternis quos putet eſſe datos:
Non te medeæ delectent probra ſequacis
Nempe tulit faſtus auſa rogare prior:
Sed potius mundi thais precioſa menandri
Cum ferit aſtutos comica mœcha getas:
In mores te uerte uiri ſi cantica iactat
I comes: & uoces ebria iunge tuas:
Ianitor ad dantes uigilet ſi pulſet inanis
Surdus in obductam ſomniet uſq; ſeram:
Nec tibi diſpliceat miles non factus amori
Nauta nec atrita ſi ferat æra manu:
Aut quorum titulus p barbara colla pependit
Celati medio cum ſaliere foro:
Aurũ ſpectato nõ quæ manus afferat aurum.
Verſibus auditis quid niſi uerba feres?
Quid iuuat ornato procedere uita capillo:
Et tenues coa ueſte tenere ſinus?
Qui uerſus coæ dederit nec munera ueſtis
Ipſius tibi ſit ſurda ſine arte lyra:
Dum uernat ſanguis dum rugis integer: annis
Vtere. nec quis eat liber amore dies:

Dum uernat ſanguis: dum rugis integer annus Vtere: nec quid eras liber ab ore dies. puto ita emendandum. Dum rugis integer. annis Vtere: nec quis eat liber amore dies.

Vidi ego odorati uictura roſaria peſti
Sub matutino cocta iacere noto:
His animis noſtræ dũ uerſat achãtus amica
Per tenues oſſa ſunt numerata cutes:
Sed cape torquatæ uenus o regina columbæ
Ob meritum ante tuos guttura ſecta focos:
Vidi ego rugoſo tuſſim cõcreſcere collo
Sputaq; per dentes ire cruenta cauos:
Atq; aĩam in tegetes putrem expirare paternas
Horruit algenti pocula curua foco:
Exequiæ fuerant rari furtiua capilli
Vincula: & immundo pallida mitra ſitu:
Et canis in noſtros nimis exprecta dolores
Cum fallenda meo pollice cultra for. nt.
Sit tumulus lenæ curto uetus amphora collo:
Vrgeat hunc ſupra uis caprifice tua:
Quiſquis amas ſcabris hoc buſtum cædito ſaxis
Mixtaq; tum ſaxis addite uerba mala.

De Sacrificio.

Acra facit uates ſint ora fauentia ſacris:
Et cadat ante meos icta iuuenca focos:

Cæra philippeis certet romana corymbis
Et cyrenæas urna miniſtret aquas:
Coſtum molle date & blandi mihi thuris honores
Terq; focum circa laneus orbis eat:
Spargite me lymphis carmenq; recentibus aris
Tybia mygdoniis libet eburna cadis:
Ite procul fraudes: alio ſint aere noxæ
Pura nouum uati laurea mollit iter.

De Cæſare.

Vſa palatini referemus apollinis ædem
Res eſt calliope digna fauore tuo:
Cæſaris in nomen ducuntur carmina: cæſar
Dum canitur quæſo iuppiter ipſe uaces:
Eſt phœbi fugiens athamani ad littora portus
Qua ſinus ioniæ murmura condit aquæ:
Actia iuleæ pelagus monumenta carinæ
Nautarum uotis non operoſa uia:
Nunc mundi coiere manus: ſtetit æquore moles
Pinea: nec remis æqua fauebat auis:
Altera claſſis erat teucro damnata quirino
Pilaq; fœminea turpiter apta manu:
Hinc auguſta ratis pleni iouis omĩe uelis
Signaq; iam patriæ uincere docta ſuæ:
Tandem acies geminos nereus lunarat in arcus
Armorum & radiis picta tremebat aqua:
Cum phœbus linquens ſtantem ſe uindice dolon
Nam tulit iratos mobilis unda notos:
Aſtitit auguſti puppem ſuper: & noua flãma
Luxit in obliquam ter ſinuata facem:
Non ille attulerat crines in colla ſolutos
Aut teſtudineæ carmen inerme lyræ:
Sed quali aſpexit pelopeium agamẽnnona uultu
Aegiſſetq; auidis dorica caſtra rogis:
Aut qualis flexos ſoluit phytona ꝑ orbes
Serpentem: imbelles quem timuere lyræ:
Mox ait o longa mundi ſeruator ab alba
Auguſte: hectoreis congnite maior auis:
Vince mari: iam terra tua eſt: tibi militat arcus:
Et fauet ex humeris hoc onus omne meis:
Solue metu patriam: quæ nunc te uindice fræta
Impoſuit proræ publica uota tuæ:
Quæ niſi defendes murorum romulus augur:

Ire palatinas non bene uidit aues:
Et nimium remis audent prope turpe latinis
Principe te fluctus regia uela pati:
Nec te q̃ claſſis centenis remiget alis
Terreat: inuicto labitur illa mari:
Quodq; uehunt proræ centaurica ſaxa minantis
Tigna caua & pictos experiare metus:
Frangit & attollit uires in milite cauſa
Quæ niſi iuſte ſubeſt excutit arma pudor:
Tempus adeſt: cõmitte rates ego tẽporis auctor
Ducam laurigera iulia roſtra manu:
Dixerat: & pharetræ pondus conſumit in arcus
Proxima poſt arcus cæſaris haſta fuit:
Vincit roma fide phœbi: dat fœmina pœnas
Sceptra per ionias fracta uehuntur aquas:
At pater idalio miratur cæſar ab aſtro:
Sum deus: & noſtri ſanguinis iſta fides:
Proſequitur cantu triton: omneſq; marinæ
Plauſerunt circa libera ſigna deæ:
Illa petit nilum cymba male nixa fugaci
Hoc unum iuſſo non moritura die:
Dii melius q̃tus mulier foret una triumphus
Ductus erat per quas ante iugurtha uias:
Actius hunc traxit phœbus monumenta: q̃d eius
Vna decem uicit miſſa ſagitta rates:
Bella ſatis tecum: cytharam iam poſcit apollo
Victor: & ad placidos exuit arma choros:
Candida nũc molli ſubeãt cõuiuia luco
Blanditiæq; fluant per mea colla roſæ:
Vinaq; fundãtur prælis eliſa phalerniſ:
Terq; lauet noſtras ſpica cyliſſa comas:
Ingenium poſitis irritet muſa poetis
Bacche ſoles phœbo fertilis eſſe tuo:
Ille paludoſos memoret ſeruire ſycambros
Cepheam hinc meroin fuſcaq; regna canat:
Hinc referat ſero cõfeſſũ fœdere parthum
Reddat ſigna remi mox dabit ipſe ſua:
Siue aliquis pharetris auguſtus parcet eois
Differat in pueros iſta trophea ſuos:
Gaude craſſe nigras ſi quid ſapis inter arenas
Ire p̃ eufratem ad tua buſta licet:
Sic noctem patera: ſic ducam carmine: donec

Iniciat radios in mea uina dies.

Ad Cynthiam.

ſ Vnt aliquid manes lœtum nō omnia finit
Lucidaq; euictos effugit umbra rogos:
Cynthia nanq; meo uiſa eſt incumbere fulcro
Murmur ad extremæ nuper humata uiæ:
Cum mihi ab exquiliis ſomnus penderet amoris
Et quereret lecti frigida regna mei:
Hoſdem habuit ſecum quibus eſt elata capillos:
Hoſdem oculos: lateri ueſtis aduſta fuit:
Et ſolitum digyto berillon adederat ignis
Summaq; lethæus triuerat ora liquor:
Spirantiſq; animos: & uocem miſit. at illi
Pollicibus fragiles increpuere manus:
Perfide nec cuiq; melior ſperande puellæ
In te iam uires ſomnus habere poteſt?
Iam ne tibi exciderant uigilacis tecta ſuburræ
Et mea nocturnis trita feneſtra dolis?
Per quam demiſſo quotiens tibi fune pependi
Alterna ueniens in tua colla manu:
Sæpe uenus triuiæ cōmixta eſt pectore mixto
Fecerunt trepidas pallia noſtra uias.
Fœderis heu taciti cuius fallacia uerba
Non audituri diripuere nothi:
At mihi non oculos quiſq̄ inclinauit euntis
Vnum impetraſſem te reuocante diem:
Nec crepuit fixa me ꝓpter arūdine cuſtos
Læſit & obiectum tegula curta caput:
Deniq; quis noſtro currum te funere uidit
Atram quis lachrymis incaluiſſe togam?
Si piguit portas ultra ꝓcedere: at illuc
Iuſſiſſes lœtum lentius ire meum.
Cur uentos non ipſe rogis ingrate petiſti?
Cur nardo flammæ non oluere meæ?
Hoc etiam graue erat nulla mercede iacynthos
Inicere: & fracto buſta piare cado:
Lygdamus uratur: candeſcat lamina uernæ:
Senſi ego cum inſidiis pallida uina bibi:
Aut nomas arcanas tollat uerſuta ſaliuas
Dicet damnatas ignea teſta manus:
Quæ modo ꝑ uiles inſpecta eſt publica noctes
Hæc nunc aurata cyclade ſignat hnmum:

Et grauiora repẽdit iniquis penſa quaſillis:
Garrula de facie ſi qua locuta mea eſt:
Noſtraq; ꝙ pethale tulit ad monumenta coronas
Codicis immundi uincula ſentit anus:
Cæditur & lalace tortis ſuſpenſa capillis
Per nomen quoniam eſt auſa rogare meum.
Te patiente meæ conflauit imaginis aurum
Ardent e noſtro dotem habitura rogo:
Non tamen inſector q̃uis mereare properti
Longa mea in libris regna fuere tuis:
Iuro ego fatorum nulli reuolubile carmen
Ter geminusq; canis ſic mihi molle ſonet
Meſeruaſſe fidem: ſi fallo uipera noſtris
Sibilet in tumulis: & ſuper oſſa cubet.
Nam gemina eſt ſedes turpem ſortita ꝑ amnem:
Turbaq; diuerſa remigat omnis aqua.
Vna clytemneſtræ ſtuprum uehit altera creſſæ
Portat mentitæ lignea monſtra bouis.
Ecce coronato pars altera uecta phaſello
Mulcet ubi eliſias aura beata roſas
Qua numeroſa fides qua quærat ut ũda cybelles
Mitratiſq; ſonant lydia plectra choris:
Andromadæq;: & hypmeſtræ ſine fraude maritæ
Narrant hyſtoriæ pectora nota ſuæ:
Hæc ſumma æternis queritur liuere cathenis
Brachia: nec meritas frigida ſaxa manus.
Narratº hypmeſtræ magnum auſas eſſe ſorores:
In ſcelus hoc animum non ualuiſſe ſuum.
Sic mortis lachrymis uitæ ſanamus amores:
Cælo ego ꝑſidiæ crimina multa tuæ.
Sed tibi nunc mandata damus: ſi forte moueris
Si te non totum cloridos herba tenet:
Nutrix intremulis ne quid deſideret annis
Partheniæ potuit nec ſibi auara fuit:
Deliciæq; meæ latris cui nomen abuſu eſt
Ne ſpeculum dominæ porrigat illa nouæ:
Et quoſcunq; meo feciſti nomine uerſus
Vre mihi laudes deſine habere meas:
Pelle hedera tumulo mihi quæ pugnante coribo
Mollia contortis alligat oſſa comis:
Ramoſis anio qua pomifer incubat aruis
Et nunq̃ herculeo numine pallet ebur:

Hic carmen media dignum me ſcribe columna
  Sed breue quod currens uector ab urbe legat.
Tyburina iacet hac aurea cynthia terra
  Acceſſit ripæ laus aniene tuæ:
Nec tu ſperne piis uenientia ſomnia portis
  Cum pia uenerunt ſomnia pondus habent.
Nocte uagæ ferimur nox clauſas liberat umbras
  Errat & abiecta cerberus ipſe ſera:
Luce iubent leges lethæa ad ſtagna reuerti
  Nos uehimur uectum nauta recenſet onus:
Nunc te poſſideant aliæ mox ſola tenebo
  Mecum eris: & mixtis oſſibus oſſa teram:
Hœc poſtq̄ querula mecum ſub lite peregit
  Inter complexus excidit umbra meos.

De Cynthia & dracone.

d Iſce q̄d exq̄lias hac nocte fugarit aquoſas
  Cum uicina meis turba cucurrit agris:
Lanuuii annoſi uetus eſt tutela draconis
  Hic ubi tam raræ non perit hora moræ:
Qua ſacer abripitur cæco deſcenſus hiatu:
  Qua penetrat uirgo tale iter omne caue:
Ieiuni ſerpentis honos cum pabula poſcit
  Annua: & ex una ſibila torquet humo:
Talia demiſſæ palent ad ſacra puellæ
  Cum temere anguino creditur ore manus:
Ille ſibi admotas a uirgine corripit eſcas:
  Virginis in palmis ipſa caniſtra tremunt:
Si fuerint caſtæ redeunt in colla parentum
  Clamatq; agricolæ fertilis annus erit:
Huc mea detonſis auecta eſt cynthia ab anniſ
  Cauſa fuit iuno ſed mage cauſa uenus:
Appia dic quæſo quantum te teſte triumphum
  Aegerit effuſis per tua ſaxa rotiſ:
Turpis in arcana ſonuit cum rixa taberna
  Si ſine me famæ non ſine labe meæ:
Spectaclum ipſa ſedens primo temone pependit
  Auſa per impuros frena mouere iocos:
Siriga nam capto uolſci carpenta nepoti
  Atq; armillatos colla moloſſa canes:
Qui dabit immundæ uenalia fata ſaginæ
  Vincet ubi craſſas barba pudenda genas:
Cum fieret noſtro totiens iniuria lecto

Mutato uoluit caſtra mouere toro.

De magno Cynthiæ amore erga ſe.

Hyllis auentiæ quædam eſt uicina dianæ
Sobria grata parū cum bibit omne decet:
Altera tarpeios eſt inter theia lucos
Candida: ſed potæ non ſatis unus erit.
His ego conſtitui noctem linire uocatis
Et uenere ignota furta nouare mea:
Vnus erat tribus in ſecreta lectulus herba
Quæris cōcubitus: inter utrāq; fui:
Lygdamus ad cyathos utriq; æſtiua ſupellex
Et methimnæi græca ſaliua meri:
Nile tuus tybicen erat choraliſtria phyllis
Et facilis ſpargi munda ſine arte roſa.
Magnus & ipſe ſuos breuiter cōcretus in artus
Iactabat truncas ad caua buxa manus:
Sed neq; ſuppletis cōſtabat flamma lucernis
Decidit inq; ſuos menſa ſupina pedes:
Me quoq; p talos uenerem quærēte ſecundos
Semper damnoſi ſubſiluere canes:
Cantabant ſurdo nudabant pectora cæco
Lanuuii ad portas heu mihi ſolus eram:
Cum ſubito rauci ſonuerunt cardine poſtes:
Et leuia ad primos murmura facta lares:
Nec mora cum totas reſupinat cynthia ualuas
Non opoſa comis ſed furibūda decēs:
Pocula mi digytos inter cecidere remiſſos
Palluerātq; ipſo labra ſoluta mero:
Fulminat illa oculis & q̄tum fœmina ſæuit
Spectaclum capta nec minus urbe fuit:
Phyllidos iratos in uultum coniicit ignes
Territa uicinas theia clamat aquas:
Lumina ſopitos turbant elata quirites
Omnis & inſana ſemita nocte ſonat:
Illas direptiſq; comis tuniciſq; ſolutis
Excipit obſcuræ prima taberna uiæ:
Cynthia in eximiis gaudet uictrixq; recurrit
Et mea puerſa ſauciat ora manu:
Imponitq; notam collo morſuq; cruētat
Præcipueq; oculos qui meruere ferit:
Atq; ubi iam noſtris laſſauit brachia plagis
Lygdamus ad plutei fruſta ſiniſtra iacens:

Exuitur geniumq; meum pſtratus adorat
Lygdame nil potui tecum ego captus eram:
Supplicibus palmis tum demum ad fœdera ueni
Cum uix tangendos præbuit illa pedes:
Atq; ait admiſſæ ſi uis me ignoſcere culpæ
Accipe quæ noſtræ formula legis erit:
Tu neq; pompeia ſpaciabere cultus in umbra
Nec cum laſciuum ſternet arena forum
Colla caue iflectas ad ſummũ obliqua theatrum
Aut lectica tuæ ſudet aperta moræ:
Lygdamuſ imprimis omnis mihi cauſa querelæ
Venerit. & pedibus uincula bina trahat:
Indixit leges: reſpondi ego: legibus utar:
Riſerat imperio facta ſuperba dato:
Dein quæcunq; locum externæ tetigere puellæ
Sufficit: & pura limina tergit aqua:
Imperat & totas iterum mutare lucernas:
Terq; meum tetigit ſulphuris igne caput:
Atq; ita mutato per ſingula pallia lecto
Reſpondi: & toto ſoluimus arma toro.

De Hercule.

Mphitryoniades qua tempeſtate iuuencos
Aegerat a ſtabulis o erichthee tuis:
Venit ad inuictos pecoroſa palatia montes
Et ſtatuit feſſos feſſus & ipſe boues:
Qua uelabra ſuo ſtagnabant flumine: quaq;
Nauta pet urbanas uelificabat aquas:
Sed non infido manſerunt hoſpite caco
Incolumes: furto polluit ille locum:
Inſula cacus erat metuendo raptor ab antro
Per tria partitos qui dabat ora ſonos:
Hic ne certa forent manifeſtæ ſigna rapinæ
Auerſos cauda traxit in antra boues:
Nec ſine teſte deo furem ſonuere iuuenci
Furis & implacidas diruit ira fores:
Menalio iacuit pulſus tria tempora ramo
Cacus: & alcides ſic ait ite boues:
Herculis ite boues noſtræ labor ultime clauæ
Bis mihi quæſitæ bis mea præda boues:
Aruaq; mugitu ſancite boaria longo:
Nobile erit romæ paſcua noſtra forum.
Dixerat: & ſicco torret ſitis ora palato

Terraq; non ullas fæta miniſtrat aquas:
Sed ꝓcul incluſas audit ridere puellas
Lucus ab umbroſo fecerat orbe nemus:
Fœmineæ loca clauſa deæ fonteſq; piandos
Impune & nullis ſacra retecta uiris:
Deuia puniceæ uelabant limina uittæ
Putris odorato luxerat igne caſa:
Populus & longis ornabat frondibus ædem
Multaq; cantantes umbra tegebat aues:
Huc ruit in ſiccam cōgeſto puluere barbam:
Et iacit ante fores uerba minora deo:
Vos precor o lucis ſacro quæ luditis antro
Pandite defeſſis hoſpita ueſtra uiris:
Fontis egens ero circaq; ſonantia lymphis
Et caua ſuſcepto flumina palma ſat eſt:
Audiſtis ne aliquem tergo qui ſuſtulit orbem?
Ille ego ſum: alcidem terra recepta uocat.
Quis facta herculeæ non audit fortia clauæ
Et nunq̄ ad natas irrita tela feras?
Atq; uni ſtygias hominum luxiſſe tenebras
Accipit hæc: feſſo uix mihi terra patet:
Quod ſi iunoni ſacrum faceretis amare
Non clauſiſſet aquas ipſa nouerca ſuas:
Sin aliquem uultuſq; meus ſetæq; leonis
Terrent & libyco ſole peruſta coma:
Idem ego ſydonia feci ſeruilia palla
Officiā & lydo penſa diurna colo:
Mollis & hirſutum cæpit mihi faſcia pectus
Et manibus duris apta puella fui:
Talibus alcides at talibus alma ſacerdos
Puniceo canas ſtamine uincta comas:
Parce oculis hoſpes lucoq; abſcede uerendo
Cede: agedum: & tuta limina linque fuga:
Interdicta uiris metuenda lege piatur
Qua ſe ſummota uindicat ara caſa:
Magnā tyreſias aſpexit pallada uates
Fortia dum poſita gorgone membra lauat:
Dii tibi dent alios fontes: hæc lympha puellis
Auia ſecreti limitis una fuit:
Sic anus ille humeris poſtes coucuſſit opacos
Nec tulit iratam ianua clauſa ſitim:
At poſtq̄ exhauſto iam flumine uicerat æſtum

Ponit uix ſiccis triſtia iura labris :
Angulus hic mūdi nūc me mea fata trahentem
Accipit: hæc feſſo uix mihi terra patet :
Maxima quæ gregibus deuota eſt ara reptis
Ara ꝑ has inquit maxima facta manus :
Hæc nullis unq̄ pateat ueneranda puellis :
Herculis eximii ne ſit inulta ſitis :
Sancte pater ſalue cui iam fauet aſpa iuno
Sancte uelis libro dexter ineſſe meo :
Nunc quoniā manibus purgatum ſéſerat orbem:
Sic ſanctum taciæ compoſuere manus :

Qualiter appellatur iuppiter feretrius.

Vnc iouis incipiam cauſas a ꝑire feretri
Armaq; de ducibus trina recepta tribus:
Magnum iter aſcendo : ſed dat mihi gloria uires:
Non iuuat ex facili lecta corona iugo :
Imbuis exemplum primæ tu romule palmæ
Huius & eximio plenus ab hoſte redis:
Tempore quo portas ceninum acronta petētem
Victor in euerſum cuſpide fundis equum :
Acron herculeis cenina ductor ab arce
Roma tuis quondam finibus horror erat :
Hic ſpolia ex humeris auſus ſperare quirini
Ipſe dedit ſed non ſanguine ſicca ſuo :
Hunc uidit ante cauas uibrantem ſpicula turres
Romulus & uobis occupat ante rates :
Iuppiter hæc hodie tibi uictima corruet acron
Vouerat & ſpolium corruit ille ioui :
Vrbis uirtutisq; parens ſic uincere ſueuit
Qui tulit aprico frigida caſtra lare :
Idem eques & frenis idem fuit aptus aratris
Et galea hirſuta compta lupina iuba:
Picta nec inducto fulgebat parma pyropo
Præbebant cæſi baltea lenta boues:
Coſſus at inſequitur ueientes cæde tolunni
Vincere cum ueios poſſe laboris erat!:
Nec dum ultra tyberim belli ſonus ultima præda
Nomentum & captæ iugera terra choræ:
Et ueii ueteres & uos tum præda fuiſtis.
Et ueſtra poſita eſt aurea ſella foro:
Nunc intra muros paſtoris buccina lenti
Cantat: & in ueſtris oſſibus arua metunt :

Forte ſuper portæ dux ueius aſtitit arcem
Colloquiumq; ſua fræctus ab urbe dedit:
Dumq; aries murum cornu pulſabat aheno:
Vineaq; inductum longa tegebat opus:
Coſſus ait: forti melius concurrere campo.
Nec mora fit plano ſiſtit uterq; gradu:
Dii latias iuuere manus: deſecta tolunni
Ceruix: romanos ſanguine lauit equos:
Claudius a rheno traiectos arcuit hoſtes
Belgica cum uaſti palma relata ducis:
Vricomanii genus hic rheno iactabat ab ipſo
Nobilis erectis fundere cæſa rotis:
Illi uirgatis iaculantis ab inguine brachis
Torquis ab inciſa decidit unca gula:
Nunc ſpolia in templo tria condita cauſa feretri
Omine quod certo dux ferit ante ducem:
Seu quia uicta ſuis humeris hæc arma ferebant
Hinc feretri dicta eſt rara ſuperba iouis.

Ad Paulum.

Eſine paule meũ lachrymis urgere ſepulcrũ
Panditur ad nullas ianua nigra preces:
Cum ſemel infernas intrarunt funera leges
Non exorato ſtant adamante uiæ:
Te licet orantem fuſcæ deus audiat aulæ
Nempe tuas lachrymas littora ſurda bibent:
Vota mouent ſuperos ubi portitor æra recepit
Obſerat herboſos lurida porta rogos:
Sic mœſtæ cecinere tubæ cum ſubdita noſtrum
Detraheret lecto fax inimica caput:
Quid mihi cõiugium pauli? quid currus auorum
Profuit? aut famæ pignora tanta meæ?
Num minus immites habuit cornelia parcas?
Et ſum quod digytis quinq; leuatur onus:
Damnatæ noctes: & uos uada lenta paludes
Et quæcunq; meos implicat unda pedes:
Immatura licet tamen huc non noxia ueni
Det pater hic umbræ mollia iura meæ:
Aut ſi quis poſita iudex ſedet æacus urna
In mea ſortita iudicet oſſa pila:
Aſſideant fratres iuxta minoia ſella
Eumenidum intento turba ſeuera foro:
Siſyphe mole uaces: taceant ixoinis orbes:

Fallax tantaleo corripiare liquor:
Cerberus & nullas hodie petat improbus umbras
Et iaceat tacita lapſa cathena ſera:
Ipſa loquor pro me: ſi fallor pœna ſororum
Infelix humeros urgeat urna meos:
Si cui fama fuit per auita decora trophei
Aera numantinos regna loquuntur auos:
Altera maternos exæquat turba ligones
Et domus eſt titulis utraq; fulta ſuis:
Mox ubi iam facibus ceſſit prætexta maritis
Vinxit & acceptas altera uitta comas:
Iungor paule tuo cum diſceſſura cubili
In lapide hoc uni nupta fuiſſe legar:
Teſtor maiorum cineres tibi roma colendos
Sub quorum titulis aphrica tunſa iaces:
Et perſen proaui ſtimulantem pectus achillis
Quiq; tuas proauus fregit achille domos:
Me neq; cenſuræ legem molliſſe: nec ulla
Labe mea noſtros erubuiſſe focos:
Non fuit exuuiis tantis cornelia damnum
Quin & erat magnæ pars imitanda domus:
Nec mea mutata eſt ætas ſine crimine tota eſt
Viximus inſignes inter utranq; facem:
Mi natura dedit leges a ſanguine ductas:
Nec poſſis melior iudicis eſſe metu:
Quælibet auſteras de me ferat urna tabellas:
Turpior aſſenſu non erit ulla meo:
Vel tu quæ tardam mouiſti fune cibellem
Claudia turritæ rara miniſtra deæ:
Vel cui cōmiſſos cum ueſta repoſceret ignes
Exhibuit uiuos carbaſus alba focos:
Nec te dulce caput mater ſtrabonia læſi
In me mutatum quid niſi fata uelis?
Maternis laudor lachrymis urbiſq; querelis
Defenſa: & gemitu Cæſaris oſſa mea.
Ille ſua nata dignam uixiſſe ſororem
Increpat: & lachrymas uidimus ire deo:
Et tamen emerui generoſos ueſtis honores:
Nec mea de ſterili facta rapina domo.
Te lepide: & te paule meum poſt fata leuamen
Condita ſunt ueſtro lumina noſtra ſinu.
Vidimus: & fratrem ſellam geminaſſe curulem

Conſule quo facto tempore rapta ſoror:
Filia tu ſpeciem cenſuræ nacta paternæ
Fac teneas unum nos imitata uirum:
Et ſerie fulcite genus: mihi cymba uolenti
Soluitur uncturis tot mea fata malis:
Hæc eſt fœminei merces extrema triumphi:
Laudat ubi emeritum libera fama rogum.
Nunc tibi commendo comunia pignora natos:
Hæc cura & cineri ſpirat inuſta meo.
Fungere maternis uicibus pater: illa meorum
Omnis erit collo turba ferenda tuo.
Oſcula cum dederis tua flentibus: adice mater:
Tota domus cœpit nunc onus eſſe tuum.
Et ſi quid doliturus eris ſine teſtibus illa
Cum uenient ſiccis oſcula falle genis.
Sat tibi ſunt noctes: quas de me paule fatiges:
Somniaq; in faciem credita ſæpe meam:
Atq; ubi ſecreto noſtra ad ſimulacra loqueris
Vt reſponſure ſingula uerba tace:
Seu tamen aduerſum mutarit ianua lectum:
Sederit & noſtro cauta nouerca toro:
Coniugium pueri laudate & ferte paternum:
Capta dabit ueſtris moribus illa manus:
Nec matrem laudate nimis: collata priori
Vertet in offenſas libera uerba ſuas.
Seu memor ille mea contentus manſerit umbra:
Et tanti cineres dixerit eſſe meos:
Diſcite uenturam iam nunc ſentire ſenectam:
Cælibis ad curas nec uacet ulla uia:
Quod mihi detractũ eſt: ueſtros accedat ad ãnos
Prole mea paulum ſic iuuat eſſe ſenem:
Et bene habet nunq̃ mater lubrigia ſumptum:
Venit in exequias tota caterua meas.
Cauſa porata eſt: flentes me ſurgite teſtes
Dum precium uitæ grata rependit humus:
Moribuſ & cælum patuit: ſim digna merendo
Cuius honoratis oſſa uehuntur aquis.

Propertii Aurelii nautæ poetæ finis.

Impreſſum Brixiæ per Boninum de boninis de Raguſia Anno ſalutis. MCCCCLXXXVI. xvii. Chalendas Apriles.

Hain 4761.